



Universitat Autònoma de Barcelona

ADVERTIMENT. L'accés als continguts d'aquesta tesi queda condicionat a l'acceptació de les condicions d'ús establertes per la següent llicència Creative Commons:  http://cat.creativecommons.org/?page_id=184

ADVERTENCIA. El acceso a los contenidos de esta tesis queda condicionado a la aceptación de las condiciones de uso establecidas por la siguiente licencia Creative Commons:  <http://es.creativecommons.org/blog/licencias/>

WARNING. The access to the contents of this doctoral thesis it is limited to the acceptance of the use conditions set by the following Creative Commons license:  <https://creativecommons.org/licenses/?lang=en>



Universitat Autònoma de Barcelona

Facultat de Filosofia i Lletres

Departament de Ciències de l'Antiguitat i de l'Edat Mitjana

Programa de doctorat en Ciències de l'Antiguitat i de l'Edat Mitjana

*La canònica de Santa Maria de Vilabertran en els seus orígens:
estudi i diplomataris (969-1108)*

Vol. 2

Tesi presentada per a optar al títol de doctora

doctoranda

Tània Alaix i Gimbert

Director

Dr. Ramon Martí Castelló

Setembre, 2021

1086, abril, 30

Guillem Guillem, diaca, dóna a Santa Maria de Vilabertran l'herència i millora rebuda del seu pare, consistent en la part d'un mas amb les seves terres i vinyes, situades al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Mateu de Vilademires, a l'indret anomenat Ginesta.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9627, perg. 92.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 137.

5In nomine Domini. Ego Gilielmus Gilielmi, diachonus, donator sum Domino Deo et Sancte Virgini Marie ecclesie Ville Bertrandi. Manifestum est enim quia placuit animis meis et placet ut scripturam donationis fecissem, sicuti et facio, Domino et predicte ecclesie Sancte Marie de ipso alodio quod ego habeo in comitatu Bisuldunensi, in parrochia Sancti Mathei Ville Damiris, in loco nominato Genesta, scilicet, omnem meam hereditatem et meliorationem atque donationem quam mihi dedit pater meus in conspectu fratrum meorum, uidelicet, de ipso manso de terris et uineis. Que mihi adueniunt per donationem patris mei uel pro qualicumque uoce. Prenominata namque omnia cum omnibus sibi apendentibus, scilicet, portionem predicti mansi et uinee et terrarum que ego ibi habeo uel habere debeo pro qualicumque uoce in iam dicto loco, dono atque delibero in potestatem predicte Sancte Marie et clericorum suorum cum omnibus exitibus et regressibus, uniuersis sibi pertinentibus. Si quis autem hanc scripturam donationis ad irrumpendum uenerit, nil ualeat, sed primitus sicut sacrilegus componat predictam donationem ad prelibatam ecclesiam Sancte Marie. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta autem hec scriptura donationis II kalendas mai, anno XXVI regni Philippi regis.

Sig+num Gilielmi Gilielmi, diachoni, qui hanc scripturam donationis fieri iussi et firmaui et firmari rogau.

Sig+num Seniofredi Iuliani. Sig+num Ademari Isarni* SSS. Bernardus, leuita,* SSS. Giscafredus, presbiter.* Raimundus, subdiachonus.* Signum Augerius, subdiaconus.*

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1086, juny, 1

Joslend fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas situat a Vilademires.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 42v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Gauzlendis, femine, quo legat dicte ecclesie mansum unum situm in Villademires.

Chalendas junii, anno 26 Philippi regis.

n. 90

1086, juny, 8

Tedvira i Seguer donen a Santa Maria de Vilabertran un alou situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Mateu de Vilademires, integrat per una vinya, oliveres, rouredes i un petit mas, amb la reserva que els fills dels atorgants ho tinguin pagant el quart dels esplets.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9012, perg. 64.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 138.

¶In nomine Domini. Ego Tedvira, femina, et Segarius donatores sumus Domino Deo et [Sancte Marie] Virginis ecclesie Ville Bertrandi. Manifestum est [enim quia placuit animis] nostris et placet ut scripturam donationis fecissemus, sicuti et facimus, Domino et Sancte Virginis Marie predicte ecclesie de alodio nostro, quod nos habemus in com[itu] Bisuldunensi, in pa]rrochia Sancti Mathei Ville Damiris, scilicet, terras et uineam et oliuarias cum mansiculo et cum ruiras et cum omnibus que pertinent ad usum et seruitium habitantium in predicto manso. Que nobis adueniunt per auctoritates parentum nostrorum uel pro qualicumque uoce. Predicta uero omnia cum omnibus sibi pertinentibus donamus et tradimus [...] Sancte Virgini Marie Ville Bertrandi cum illorum exitibus et regressibus, uniuersis, taliter ut in diebus nostris habeant clerici iam dicte ecclesie et teneant recognitionem [...] et partem nostram de melioribus oliuariis predictis, et post obitum nostrum teneant infantes nostrum et iam dicta omnia et donem de expletis iam dicti alodii predicte Sancte Marie unam oliuariam, scilicet, partem nostram de melioribus oliuariis predictis. Et post obitum nostrum teneant infantes nostri iam dicta omnia. Et donent de expletis iam dicti alodii predicte Sancte Marie tascam de blado et quartum de uino. Et si quis hanc scripturam nostre donationis ad irrumpendum uenerit, nil ualeat, sed ut sacrilegus componat iam dicta omnia ad prelibatam ecclesiam Sancte Marie cum sua melioratione. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta autem hec scriptura donationis VI idus iuni, anno XXVI regni Philippi regis.

Sig+num Segarii, sig+num Tedvira, femina, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus et firmauimus et firmari rogauimus.

Sig+num Seniofredi Gaucefredi, leuite, sig+num Ademari Isarni, sig+num Bernardi Guadamiri, sig+num Mironis Gaucefredi, sig+num Bernardi Gilielmi, sig+num Adalaizis, qui supra dictam donationem confirmamus in potestatem Sancte Virgini Marie.

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donationis¹ scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

¹ *feri* cancel·lat. Pere Rigall cancel·la un mot traçant una línia a sota.

1086, juny, 19

Ermessèn fa testament, en el qual nomena marmessors el seu marit, Ademar, i el seu fill Berenguer; disposa d'ésser sebollida al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església lliura un altre seu fill, de nom Guillem, perquè en sigui canonge, i, per ell, llega a la dita església un mas que té a la parròquia de Santa Maria de Cistella, on habita Ramon Odó, una mula i un llit.

A: Còpia simple del segle XII: Barcelona, BC, reg. 5500, perg. 49.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 226v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 291.

[In] Domini nostri Iesuchristi. Ego Ermessindis, femina, egritudine [fes]sa, de qua timeo mori, et ideo ordino testamentum meum. Primitus precor ut sint mei elemosinarii Ademarus, uir meus, et Berengarius, filius meus, qui post obitum meum distribuant omnia immobilia et mobilia mea. In primis sepeliatur corpus meum in cimiterio Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto predicte Sancte Marie filium meum Guilielmum ut sit canonicus¹ eiusdem ecclesie. E<t> pro eo dimitto predicte ecclesie ipsum manssum quod ego abeo in parrochia Sancte Marie Cistelle cum omnibus sibi pertinentibus, in quo abitat Remundus Odonis, et mulam I et lectum meum. Et monesterio Sancte Marie Rodis tirecium unum et ipsum alodium quod actenus ei dedi, sicut resonat in ipsam scripturam donationis sue. Et Sancte Marie de Terrades dimitto faxam unam, quam mihi dad uir meus,² que est prope ecclesiam Sancte³ Cecilie. Et de mea tercia parte mobilium, scilicet, de blado et uino et uexellis, post solutos debitos, faciant III partes mei elemosinarii: prima pars sit Sancte Cecilie cum suo capellano et clericis⁴ eiusdem, et de duabus partibus qui remanserint donent Sancto Laurencio et Sancte Marie Lodonis,⁵ ut melius uiderint. Et faciant conuiuia et donent clericis⁶ secundum posse uel quibus largiri uoluerit. Et filio meo Berengario ipsum meum alodium de Valle Asperi, quod ego abeo ad ipsos Caluos. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

¹ La tercera ena està escrita sobre la línia.

² La ema de *meus* repetida per diplografia.

³ La essa de *Sancte* repetida per diplografia.

⁴ Hi ha una ratlla d'abreviatura sobrerera.

⁵ et *Sancte Marie Lodonis* escrit sobre la línia.

⁶ *clericis* té una ratlla d'abreviatura sobrerera que ha estat expuntuada.

Facto hoc testamento XIII kalendas iuli, anno XXVI⁷ regni Philipi regis.

Sig+num Ermessindis, qui oc testamentum fieri iussi et firmaui et firmare rogau.

Sig+num Arnall Mir. Sig+num Mir Adaulf. Sig+num Guilielmus Arnaldi,⁸ clericus.
Sig+num Gerberti, presbiteri. Sig+num Poncii Gondemari.

Wilielmus, presbiter, qui istum testamentum rogatus scripsi die et anno subscripsi
quo supra.

⁷ D interpreta que la data correspon a l'any XLVI del regnat del rei Felip. C es limita a dibuixar el que es veu en el document sense donar la data moderna, ni fer cap comentari al respecte. B transcriu aquesta mateixa data que llegeixo en el document.

⁸ *Arnaldi* escrit sobre la línia.

1086, juny, 21

Bernat Joan, sagristà, dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran un alou situat dins el terme de la parròquia de Sant Martí d'Aguaça (Ogassa), als llocs anomenats Castellar i Font-llebrera, consistent en masos i cabaneres, amb el mas de Roqueta, el bosc d'Artó, i les Calmes fins a Parada de Llops, Corbera i Canalelles, Coromina, Coll de Fullosa i la parròquia de Sant Joan; però, se'n reserva l'usdefruit de son vivent.

A: Còpia imitativa. Barcelona, ACA, Cancelleria, Berenguer Ramon II, núm. 36.

B: *Canalars* I, f. 54, núm. 1 (sac. 8).

a. MONSALVATGE I FOSSAS, Francesc. *Notícies històriques*, vol. 15, p. 308-314.

b. GROS I PUJOL, Miquel dels S. «L'Arxiu del Monestir de Sant Joan de les Abadesses», p. 119-120.

c. FERRER I GODOY, Joan. *Diplomatari del monestir de Sant Joan de les Abadesses*, doc. 38.

d. BAIGES, Ignasi J.; FELIU Gaspar; SALRACH, Josep M. (dirs.). *Els Pergamins de l'Arxiu*, doc. 176.

₃In Christi nomine. Ego Bernardus Iohannis donator sum Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi propter Deum et remedium anime meae et parentorum meorum, tam uiuis quam defunctis, alodem meum, quod ego habeo infra terminos parrochie Sancti Martini de Aquacia, in locis qui nominantur Kastellare et Fonte Lepraria, scilicet, mansos et cabannerias, cum ipso manso de Rocheta¹ et ipso boscho de Arto, et ipsas Calmes usque in Paratam Luporum et usque ad Curbariam et usque ad Canalilias et usque ad Condaminam et usque ad Collem de Fullosa et usque in parroechiam Sancti Iohannis, cum omnibus ad usum et seruicium predictorum mansorum pertinentibus, uidelicet, terras laboratas et eremas et tractas, et uineas seu prata atque defensas necnon et pasturas, siue usaticos et seruicia, que ego habeo de iam dicto alodio remaneant ei per hanc scripturam mee donacionis iam dicte Sancte Marie sine ullo retentu, tali modo ut ego Bernardus teneam atque possideant² iam dictis alodiis usufructuario me uiuente per beneficium predictae matris ecclesie et Petrum, prelatum eiusdem loci, et clericis ibi Deo seruientibus. Et uos habeatis et teneatis per censum et recognitionem hanc scripture donacionis ipsum mansum quod ego dono ad opera ecclesie predictae Sancte Marie. Et post obitum meum solide et libere

¹ La hac afegida sobre la línia en un segon moment.

² La primera essa afegida sobre la línia.

deueniat iam dictum alodium in iure et donacione predictae Sancte Marie et clericis ibidem Deo famulantibus, tam presentibus quam futuris. Si quis hanc scripturam donacionis hac mercedem largiciones irrumperere conatus fuerit, nil proficiant aut proficiat, sed predicto alodio iam dicte ecclesie et suis in duplo componat. Et inantea ut sacrilegus condemnetur.

Acta autem hec scriptura donacionis XI kalendas iuli, anno XXVI regnante Philipo rege.

Et ut hec scripturam donacionis atque mercedem largicionis in omnibus optineat firmitatem, ego Bernardus, sacrista et clericus, manu mea scribendo firmo et teste subterius scripti firmari iubeo atque rogo.

Remundus Elperici, presbiter, SS. Reimundus, sacer, SSS.

Petrus, subdiachonus, qui hanc scripturam donacionis largicionis scripsit atque subscripsit die et anno quo supra.

1086, juliol, 21

Sicards fa testament, en el qual nomena marmessors el seu actual espòs Dagobert i Berenguer, entre altres; i disposa d'ésser sebollida al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega un cot nou, un sester de forment i un muig de vi; així mateix, li dona mig alou que havia comprat amb el seu primer marit, Ponç, a Ramon Guifrà; finalment, deixa també per als clergues de Vilabertran una refecció.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9867, perg. 456.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 228v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 148.

₂S[...]*ndus est huius uite finis. Et ideo ego Sicardis, femina, egritudine plena, de qua timeo mori, et aduoco mihi helemosinarios, scilicet, Dagobertus, uir meus, et Berenga[r]ius [...]*merig, ut isti, post obitum, habeant potestatem distribuendi omnia inmobilia et mobilia mea, sicut hic inuenerint ordinatum. In primis dimitto corpus meum ad sepeli[...]* Marie Ville Bertrandi cum uno quoto nouo et sestarios I de forment et modio I de uino et ipsa mea medietate de alodio que comparauí cum uiro meo Poncio de Raimun Guifred [...]*or eius. Et aliis meis alodiis qui remanent, que habeo infra parroechia Sancte Marie Sagaronis et Sancti Vincenti Malliane, dimitto at Dagobertus, uir meus, ut teneat et posside[...]* [omnibus die]bus uite sue. Post obitum uero eius, remaneant ad filias meas, equaliter, ad Ermeniards et ad Adaled. Et ad Sancte Marie Sagaronis dimitto denarios XII et Sancti Cucufati de V[...], Sancte Marie sedis Gerunde diners VI. Et ad Stephanus Mironi sollidos II. Et ad Amalrig similiter. Et ad Berengarius, frater meus, dimitto solidos IIII. Et ad Giscafredus presbiter solidos I et [...]*olum meum, Petrus Arnallum, dimitto denarios XVI. Et ad filiolo meo de Mediano ouem I. Et ad Burdell ouas II. Et ad Ermesens de Martins oua I. Et ad Ermesens de Malliane dimitto ipsa mea gundella et oues II et borrhacio I ad facere et drapellada una de filad. Et ad Sicards gundella I. Et ad Gerbega pellicium I. Et iterum dimitto ad Sancte Marie Ville Bertrandi uel ad eiusdem clericis receptum I et alium ad clericos¹ Sancte Marie Sagaroni. Et ad filia mea Ermeniards dimitto drapell I. Et ipsa mea² uascula maiore uel minore et omnia mea³ mobilia uel utensilia qui remanent dimitto**

¹ *clericos* afegit sobre la línia.

² *mea* afegit sobre la línia.

ad uiro meo Dagoberto, totum ab integre. Et istum testamentum firmitatem habeat usque dum alium faciam.

Facto istum testamentum XII kalendas augusti, anno XXVII regni Philippi regis.

Si+gnum Sicardis, qui hunc testamentum fieri iussi, firmaui et firmari rogau.

Si+gnum Pere Iouan. Si+gnum Dod. Si+gnum Arnall Gillem.

Giscafredus, presbiter, qui hunc testamentum rogatus scripsit cum litteris super positis in multis locis subscripsit die et anno quo supra.

³ *mea* afegit sobre la línia.

1086, agost, 5

Adebrand, en presència de Pere, bisbe de Carcassona, fa donació d'un alou seu a l'església de Santa Maria de Vilabertran.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 38.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 209.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 297.

Nonis augusti 4 feria, anno regnante rege Philipo.¹ Ego Aldebrandus dono atque concedo Sanctae Dei Genitrici Mariae de alodio meo, in cuius honore et nomine ecclesia sita est in Villabertrandi, etc.

Sig+num Aldebrandi, qui sic istam cartam fieri iussi, firmavi testibusque firmari rogavi, in conspectu Petri, Carcassonae episcopi, et Willelmi Bernardi, prioris, et Arberti, canonici, et aliorum ibidem presentium, etc.

¹ Atès que el 5 d'agost de l'any 1086 era un dimecres i aquest document ha de ser necessàriament anterior al doc. 188 d'aquest diplomatari, la data que restitueix i que coincideix amb el pontificat del bisbe Pere II de Carcassona (1083-1100), sembla segura.

1086, agost, 28

Pere Arnall dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran l'alou que té al comtat de Peralada, i el mas anomenat Treballs amb la coromina i la vinya del Camp Nou, situat al comtat de Besalú, dins els termes de la parròquia de Santa Cecília de Terrades.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Petrum Arnalli dicte ecclesie de alodio quod habebat in comitatu Petralatensi et de manso vocato Treballs cum condomina et vinea de Campo Novo, sitis in dicta parochia et de alodio in comitatu Bisulduni, infra parochiam Sancte Cicilie de Terradis.

5 chalendas septembris, anno 28 Philippi regis.

n. 104

1086, octubre, 22

Guillem Dalmau dóna a Santa Maria de Vilabertran una peça de terra situada a la parròquia de Sant Esteve de Pedret, al terme de Vilarnou.

A: Còpia simple. Barcelona, BC, reg. 9059, perg. 197.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 141.

⁊In nomine Domini. Ego Guillelmus Dalmathi donator sum Domino Deo et Sancte Virgini Marie Ville Bertrandi. Manifestum est enim quia placuit animis meis et placet ut scripturam donationis faciam Domino et Sancte Genitrici eius de alodio meo, scilicet, pecia I terre, quam habeo in parrochia Sancti Stephani de Petreto, in terminis Villare Noui, que mihi aduenit de parentibus uel pro qualicumque uoce. Habet affrontaciones predicta terra a parte orientis in terra Sancti Petri, de meridie in ipsa uia, de occiduo in alodio predictae Sancte Marie et de parte circi similiter. Quantum predictae affrontaciones includunt, sic dono ego predictus Guillelmus iam dicte Sancte Marie sine ullo retentu. Si quis autem hanc scripturam donationis ad irrumpendum uenerit, nil ualeat, sed componat iam dictum alodium ad prelibatam ecclesiam Sancte Marie cum sua melioratione. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta autem hec scriptura donationis XI kalendas nouembris, anno XXVII regni Philippi regis.

Sig+num Guillelmus Dalmathii, sig+num Ermesendis, sig+num Stefania, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus et firmauimus et firmari rogauimus.

Sig+num Eldrici, presbiteri. Sig+num [*en blanc*]. Sig+num Guillelmi Amalrici, presbiter. Sig+num Guillelm Gelboini.

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1087 gener 30

Bernat Jobert dona a Santa Maria de Vilabertran un alou situat als comtats de Peralada i Besalú, a les parròquies de Santa Àgata de Campmany, de Sant Miquel de Solans i de Sant Julià de Llers, en bé de la seva ànima, i a condició que si moria en el transcurs del viatge que emprenia, el seu germà Jobert en tingui el violari al cens anual d'una quartera d'ordi i una gallina.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9868, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 142.

5In nomine Domini. Ego Bernardus Gauceberty donator sum Domino Deo et Sancte Marie Virgini Ville Bertrandi¹ alodium meum proprium, quod habeo in comitatu Petralatensis et Bisuldunensis. Aduenit mihi² per uocem parentorum meorum uel pro qualicumque uoce. Et est ipsum alodium in parrochia Sancte Agathe de Campo Magno uel infra parrochia Sancti Michaelis de Solans siue in parrochia de Lercio uel in quibuscumque locis. Quantum infra istas parrochias dictas habeo uel habere debeo, quod mihi aduenit pro hereditate parentorum meorum, dono predictae ecclesie Sancte Marie cum exiis et regressiis earum et affrontationibus cunctis et cum omnia in se habencia ad suum proprium alodium propter Deum et remedium anime mee, sub tali conuentu ut, si ego obiero in³ hoc itinire⁴ quo pergo, frater meus Gaucbertus teneat in uita sua. Et donet recognitionem prelibate Sancte Marie unam quarteram de ordeo et unam gallinam. Post suum uero⁵ obitum, libere remaneat predictae Sancte Marie. Quod si ego donator aut ullus homo aut femina contra hanc scripturam uenditionis uenerit ad inrupendum, nil ualeat, sed componat predicta omnia in duplo cum sua melioratione. Et postmodum hec scriptura maneat firma.

Acta est autem hec III kalendas februarii, anno XXVII regni Philippi regis.

Sig+num Bernardi Gauceberty, qui hanc scripturam fieri iussi, firmaui firmarique testes rogauit.

¹ *Bertrandi* amb la te corregida d'una e anterior i a continuació hi ha una esmena per rasura marcada per una línia recta.

² *mibi* escrit sobre la línia.

³ *in* escrit sobre correcció.

⁴ L'escrivà va escriure *itinire* per diplografia.

⁵ *uero* escrit sobre la línia.

Sig+num Gauceberty. Sig+num Gaucefredii Segarii. Sig+num Udalardi. Sig+num Guillelmi Gauceberty. Berengarius, subdiachonus, SSS.* Laurencius, leuita.* Bernardus, leuita, SSS.* Remundus, prepositus, SSS.*

Guilielmus, leuita, qui hanc scripturam huius donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra. Compositor uero Iohannes Mironis fuit.

1087, abril, 11

Guillem Guillem defineix a Santa Maria de Vilabertran els alous que havien estat del difunt Adebrand, i que reconeix posseir injustament en vista de l'escriptura aportada per Pere Rigall de la donació feta per l'esmentat Adebrand a Santa Maria de Vilabertran, i d'una altra escriptura d'esmena feta pel mateix Adebrand al ja difunt Berenguer Artall; els alous són situats al comtat de Peralada, a les parròquies de Sant Julià dels Torts i Sant Joan de Vilatenim, i Guillem Guillem els rep del dit Pere Rigall a violari a canvi de la tasca dels fruits.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5505, perg. 48.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 278v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 143.

₂Hec est scriptura euacuationis uel difinitionis quod ego Guillelmus Guillelmi facio Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi et clericis loci illius de ipsis cunctis alodiis qui fuerunt condam Adebrandi, quod ego Guillelmus retinebam iniuste et eo quod dicebam mei¹ iuris deberent esse predicta alodia et hoc minime potui ad ueritatem rei perducere. Ad hoc namque uenerabilis Petrus Rigualdi ostendit scripturam donationis atque testationis que condam Adebrandus fecit de iam dictis alodiis Domino Deo et Sancte Marie et aliam scripturam unde iam dictus Adebrandus emendauit iam dicta alodia condam Berengario Artallo. Auditis iam dictis scripturis ego predictus Guillelmus recognoui quod iam dicta alodia directum deberent esse predictae Sancte Marie. Sunt namque predicta alodia in² comitatu Petralatensis, in parrochia Sancte Iuliani de ipsos Torts et in parrochia³ Sancti Iohannis de Villa Timim. Sicut terminantur predicta alodia cum uniuersis in se habentibus a parte orientis et occidentis circii quoque et meridiei, sic⁴ euacuo Domino Deo et Sancte Marie et suis clericis predicta alodia ad faciendum quodcumque uoluerint. Si quis hanc scripturam euacuationis et difinitionis irupere temptauerit, nil proficiat, sed ut sacrilegus componat. Et hec scriptura firma permaneat.

¹ Després de *mei* hi ha una essa esborrada.

² Després de *in* hi ha p expuntuada.

³ La escrita sobre la línia.

⁴ *sic* té una ratlla d'abreviatura per a *sicut*, però ha estat expuntuada.

Facta autem hec scriptura definitionis uel euacuationis anno XXVII regni Philippi regis, die namque III idus aprilis.

Sig+num Guillelmi, qui hanc scripturam definitionis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogauit.

Sig+num Bernardi Otonis. Sig+num Guillelmi Gifredi. Sig+num Guillelmi Eliars. Sig+num Bernardi Otonis. Sig+num Ramundi Arnalli.⁵ Sig+num Remundi, iudicis.*

Notum sit cunctis presentibus et futuris quia predicta alodia accepit predictus Guillelmus euacuator per manum predicti Petri et aliis clericis omnibus diebus uite sue per scripturam donationis a nobis confecta, in qua continetur census dari ipsam tascam fideliter per unumquemque annum et post eius obitum reuertissent predicta alodia in iure et dominatione predictae ecclesie et suis clericis sine ullo retentu.⁶

Guillelmus, qui hanc scripturam euacuationis uel difinitionis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

⁵ L'escrivà Guillem té per costum escriure el nom d'Arnall amb dues ennes. Vegeu, per exemple, el doc. 217, del dia 2 de febrer de 1090.

⁶ Des de *Notum* fins a *retentu* ha estat afegit en un segon moment.

1087 abril 15

Ramon Sonifred lloa el testament fet pel seu pare, pel qual llegà a Santa Maria de Vilabertran el camp dit Cors, situat a la parròquia de Sant Pere de Montagut, amb la reserva de la tinença per a la seva esposa i el seu fill Ramon que ara signa l'autorització de llur vivent i en canvi del tribut anual de la cinquena part dels esplets a l'esmentada església.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 8957, perg. 53.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 144.

¶In Christi nomine. Ego Remundus Senifredi conlaudo et auctorizo testationem condam patris mei extreme uoluntatis per suum firmum testamentum editam, per quod¹ concessit Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi pro remedio anime sue ipsum campum qui est in parrochia Sancti Petri de Monteaccuto, que dicunt Cursio, cum omnibus terminis et adiacentiis et pertinenciis cunctis, tali tenore et ordine quod uxor sua et filius eius² Remundus tenuissent et possedissent iam dictum campum omnibus diebus uite illorum et dedissent per unumquemque annum quintam partem de ipsis fructibus qui inde exierint fideliter Domino et Sancte Marie predicte. Et ego Ramundus predictus conlaudo et autorizo iam dictam testationem in omnibus obtinere firmitatem. Et ego Ramundus insuper dono Domino et Sancte Marie predicte, si aliquam uocem habeo aut habere debeo in iam dictum campum per qualescumque auctoritates uel testationes, in iure et dominatione prelibate Sancte Marie dono, confirmo, trado perpetim abiturum. Et³ non sit mihi licitam ullo modo immutari. Et si fecero aut aliquis ex meis propinquis facere temptauerint, nil mihi proficiat aut proficiant, sed predicta alodia Domino Deo et predicte Sancte Marie in triplo componant et insuper sententia sacrilegi feriantur.

Acta autem hec scriptura conlaudationis atque donationis XVII kalendas madi, anno XXVII regni Philippi regis.

Sig+num Ramundus, qui hoc dono, confirmo et testes firmare iubeo.

¹ *quod* escrit sobre un *quem* anterior.

² Davant de *eius* hi ha una essa expuntuada.

³ Hi ha un *que* cancel·lat.

Sig+num Gilielmus, presbiter, SS.* Guilielmus Segarii, presbiter +.* Dalmacius,
presbiter, SS.* Guilielmus, presbiter +.* Sig+num Remundus, iudex.*

Guilielmus, qui hoc scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1087, abril, 25

Ponç Bonfill dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran l'alou que tenia a la parròquia de Santa Maria de Castelló i Sant Miquel de Garrigàs.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 50v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Poncium Bonifilii dicte ecclesie de alodiis que habebat in parrochiis Sancte Marie de Castello et Sancti Michaelis de Garrigas.

7 chalendas maïi, anno 27 Philippi regis.

n. 233

1087, maig, 13

Ramon Guillem vescomte [de Verges i Rocabertí] dóna a l'església de Santa Maria, que s'està construint al Prat, un alou que té al comtat de Peralada, i un altre alou situat a la parròquia de Sant Vicenç de Cabanes, que havia estat de la difunta Bergon i del seu fill Berenguer. El vescomte Berenguer Guillem defineix els seus drets a canvi de dos muls i una mula.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 34-34v.

C: Còpia del segle XVII *in*. París, Bnf, département des Manuscrits, Baluze, vol. 234, fol. 17, *ex A*.

D: Còpia feta a Figueres el 16 d'agost de 1729: Barcelona, BC, reg. 9870, perg. 459.

[E]: Còpia del s. XVIII extraviada: *Notas per la justificació del decimar de Vilabertran*, p. 22–24.

F: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 146.

Hoc est exemplum bene et fideliter in villa de Figueriis, diocesis Gerundae, die mense et anno infra scriptis, sumptum a quodam publico et autentico donationis instrumento pergameneo scripto manue publici notarii subscripto et clauso, sano siquidem et integro, non viciato, non cancellato nec in aliqua eius parte suspecto, sed omni prorsus uitio et suspitione carente, thenoris sequentis:

In nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Ego Raymundus Guillermi vicecomes dono Domino Deo et ecclesiae Sanctae Mariae Virginis, quae construitur in Pratensi loco, qui vocatur Villae Bertrandi, ipsum alodium quod ego habeo in comitatu Petralatensi, in locis vicinis predictae ecclesiae. Continentur autem infra iam dictum alodium prato et paludes, garricae et bosci, pascua et cirpi, aquae et fontes, vineae et campi culti et heremi, quae omnia adveniunt michi per emptiones, videlicet, pro qualicumque voce. Terminantur autem iam dicta omnia a parte orientis in ipso Volone, qui est non longe a flumine Sambuco, et fit inde discursus usque in alveum Manibuli, qui est a meridiana parte et pervenit usque in stratam quae nominatur Calciata, quae est a latere occidentali, et pervenit usque in alodium Sanctae Eulaliae, quod est a parte circi, et terminantur ibi non longe ab ipsa Mata que vulgo vocatur Peditaria. Quantum infra iam dictas afrontaciones habeo qualicumque modo, trado atque dono predictae ecclesiae Sanctae Mariae cum omnibus decimis et primitiis quas habeo in predicto alodio. Item dono predicta ecclesiae Sanctae

Mariae ipsum alodium quod ego habeo in parrochia Sancti Vincentii de Cabanis, quod fuit condam Bergundis femine,¹ et filii eius Berengarii, scilicet, domos et mansos constructos et heremos, terras et vineas, prata et pascua, culta et herema, boscos et garricas, fontes et aquas, molendina atque glebarias. Haec predicta omnia adveniunt mihi per emptiones, videlicet, pro qualicumque voce. Terminantur autem predicta alodia a parte orientis in termino parrochia Sancti Martini de Petralata et de meridie in termino parrochia Sancti Martini de ipso Far, de occidente in termino parrochia Sancti Petri de Ficulneis, videlicet, Sancti Juliani de Lertio, a parte vero cirtii in termino parrochia Sanctae Mariae de Ulmo sive Sancti Martini de Maseraco. Quantum infra iam dictas quatuor afrontaciones habeo de ipso alodio quo superius scriptum est, scilicet, modo teneo et habeo, dono et trado in ius et dominationem predictae ecclesiae Sanctae Mariae et in potestatem clericorum eiusdem pro remissione peccatorum meorum cum omnibus sibi pertinentibus et adiacentibus et cum exitibus et regressibus cunctis sine ullo retentu. Si quis autem hanc scripturam donationis meae in aliquod venerit ad minorandum, videlicet, inquietandum aut per inrumpendum, ad nichilum ei proficiat, sed ut sacrilegus excommunicationi subiaceat donec componat supra scriptam donationem in quadruplo prelibatae ecclesiae Sanctae Mariae, ut inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta est autem kalendas tertia idus maii, anno XXVII regni Philippi regis.

Sig+num Raymundi Guillermi, vicecomitis, qui hanc scripturam donationis fieri iussi et firmavi et firmari rogavi.

Sig+num Umberti Gaucberti. Sig+num Raymundi Gaucberti de Rabidoso. Sig+num Bernardi Odonis. Sig+num Raimundi Girberti. Sig+num Guillermi Guillermi. Sig+num Raymundi Mironis. Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Pontii Adalberti. Sig+num Guillermi Pontii. Sig+num Guillermi Stephani. Sig+num Balluini Guillermi. Sig+num Geralli Gaucefredi. Sig+num Petri Macot. Sig+num Petri Odonis. Sig+num Gaucberti Seniofredi.

Berengarius Guillermi, vicecomes, qui omnes voces et auctoritates quas habeo in prefato alodio diffinio Domino et Sanctae Mariae et suis clericis. Et ego predictus vicecomes accepi a predictis clericis mulos duos optimos et mulam optimam pro predicto alodio. + Berengarii Guillermi, vicecomitis, qui supra scriptam donationem confirmo, laudo atque diffinio simulque evacuo sine aliqua retentione.

¹ F transcriu *smie* amb ratlla d'abreviatura al damunt per una mala interpretació.

Guilielmus, subdiaconus, qui hanc scripturam donationis scripsit et sub + die et anno quo supra.

(*Senyal*) Petrus Bonet, auctoritatibus apostolica atque regia notarius publicus villae de Figueriis, huic exemplo testis.

(*Senyal*) Josephus Fages, auctoritatibus apostolica atque regia notarius publicus villae de Figueriis, huic exemplo contestis.

(*Senyal*) Bonaventura Sans, auctoritate regia notarius publicus villae de Figueriis, huius modi transumptum manu mea fideliter scriptum a dicto suo vero originali instrumento donationis preinserto sumpsi et cum eodem ueraciter correxi et comprobavi et postea per supramemoratos dominos connotarios meos ut prefertur testificatum in status et requisitus per illustre capitulum canonicorum ecclesiae secularis et collegiata Beatae Viriginis Sanctae Mariae de Villabertran, die decima sexta augusti, anno a Nativitate Domini millesimo septimo vigesimo nono, in hac presenti papiro sigillato regii primi sigilli subscripsi et clausi.

1087, maig, 13

Ramon Guillem, vescomte, dóna a Santa Maria de Vilabertran i al seu prelat, Pere Rigall, l'alou que té al comtat de Peralada, als termes de les parròquies de Sant Vicenç de Cabanes, de Sant Joan de Vilatenim i de Sant Pere de Figueres; aquest alou havia estat de Bergon i del seu fill Berenguer.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9869, perg. 449.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 34v.

C: Regest: Còpia del segle XVII *in*. París, Bnf, département des Manuscrits, Baluze, vol. 234, fol. 17v, *ex A*.

D: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 208.

E: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 145.

³In [Christi nomine]. Ego Ramundus Gilielmi dono Domino Deo et eius genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi ipsum alodium quod ego habeo in comitatu Petralatensi, infra fines et terminos [Sancti Vincentii] de Cabannas et in parrochia Sancti Iohannis de Villa Timim siue Sancti Petri de Ficulneis, quod mihi aduenit per emptionem uel aliis quibusque modis. Terminatur atque concluditur iam dictum alodium a parte orientis in termino parrochie Sancti Martini de Petralata, de meridie in termino parrochie Sancti Martini de ipso Far, de occiduo in termino parrochie predicti Sancti Petri de Ficulneas et Sancti Iuliani de Lercio, a parte uero circi in termino parrochie Sancte Marie de Ulmo siue Sancti Martini de Miseraco. Quantum predictae affrontationes includunt uel predicti termini ambiunt, sic dono Domino Deo et predictae Sancte Marie¹ ipsum cunctum alodium cultum et heremum, quod fuit condam Bergundis femine et filii eius Berengarii, cum domibus, mansis constructis et heremis, habitantibus et inhabitantibus, terris, uineis, cultis et heremis, pratis, pascuis, siluis, garricis, fontanis et puteis atque riuis, aquarum cum illorum decursibus, molendinis atque glebariis, uietibus² uel reitibus cum uniuersis in se habentibus, quod dici uel nominari potest ad usum hominum pertinentium. Sic dono et trado atque transfundo, sicut ego modo teneo et habeo, in iure et dominatione atque potestate prelibate Sancte Marie et Petri prelati et clericorum ibidem degentium modo uel futuris temporibus succedentium. Et non sit ausus ullus prelatus uel clericus eiusdem ecclesie de iam dictis alodiis aliquid de dominatione predictae ecclesie ullo modo auferre uel in alieno iure

¹ *Marie* corregit sobre *Marti*.

² L'escrivà ha comès una diplografia en escriure *uietibus*.

transfundere, sed perpetim teneat secure et quiete omni tempore. Si quis autem hanc scripturam donationis uel mercedem largitionis uenerit ad irrumpendum, nil ualeat, sed predicta omnia sicut sacrilegus componat iam dicte ecclesie. Et insuper in ira Dei incurrat et cum Datan et Abiron portionem accipiat et anatemate sententia feriat.

Facta autem hec scriptura donationis III idus mai, anno XXVII regni Philippi regis.

Et hoc facio propter Deum et remedium anime mee et parentum meorum.

Sig+num Ramundi Gilielmi, qui hanc scripturam donationis uel mercedem largitionis fieri iussi et firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num [*en blanc*]. Sig+num Umberti Gaucberti. Sig+num Ramundi Gaucberti de Rabidos. Sig+num Bernardi Otonis. Sig+num Ramundi Girberti. Sig+num Gilielmi Gilielmi. Sig+num Ramundi Mironis. Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Poncii Adalberti. Sig+num Gilielmi Poncii. Sig+num Gilielmi Stephani. Sig+num Balluini Gilielmi. Sig+num Gilielmi. Sig+num Petri Macot. Sig+num Petri Odonis. Sig+num Gaucberti Senfred. Sig+num Geralli Gaucefredi.

Guilielmus, qui hanc scripturam donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1087, maig, 14

Ramon Guillem, vescomte, demana a l'església de Vilabertran que, després de la seva mort, s'empari dels feus que tenen els cavallers en els alous que ell li ha donat.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5487, perg. 80.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 140.

Ego Remundus Gilielmi uicecomes precor et mando [et trado] ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi post obitum meum em[parent] et teneant ipsos feuos quos tenent caballarii de ipsis alodiis quos ego dedi predicte Sancte Marie. Et nemo de ipsis caballariis habeat neque firmitatem neque stabilitatem neque tenuicionem propter meam auctoritatem; sed, sicut scriptum est in ipsa carta donationis quam ego predictus Remundus fieri iussi, firmaui et tradidi predicte Sancte Marie, sic potentialiter et irreuocabiliter teneant et possideant predicti clerici Sancte Marie sine ullo retentu. [Et] si quis extiterit contrarius predictis clericis, de memoria Dei de[leatur] nomen eius.

Actum est hoc II idus mai,¹ anno XXVII regni Philippi regis.

Sig+num Remundi Gilielmi, uicecomitis.²

Sig+num Umberti Gaucebti. Sig+num Remundi Gaucebti. Sig+num Bernardi Otonis. Sig+num [Re]mundi Gilielmi.

Petrus, presbiter, qui hoc scripsit, subscripsit die et anno quod supra.

¹ *mai* afegit sobre la línia. B transcriu *augusti*.

² L'escrivà ha escrit *comitis* per diplografia.

1087, juny, 11

Hug Rigall dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran l'alou de la parròquia de Sant Martí de Maçanet, al Vilar Belló.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per dictum Ugonem [Rigualli] de dicto alodio [in parochia Macianeto, in Villare Bellonis].

21 chalendas julii, anno 27 Philippi regis.

n. 97

1087, juny, 19

Hug Rigall fa testament, disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església llega, entre altres béns, els alous de Maçanet, i també deixa al seu germà Pere el seu alou de Resta.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43.¹

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 293v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 147.

13 kalendas iulii, anno 27 regni Philipi regis. *Ugo Rigualli fa testament y dexa sa sepultura en Vilabertran, a cuya iglesia dexa muchas cosas, entre altres diferents alous en Massanet. Item dimitto fratri meo Petro meum alodium de Resta. No le da otros títulos ni denominación, con que no seria hermano de nuestro beato Riguall.*

¹ B afegeix que l'alou està situat: *in parrochiam de Macianeto, in villari Bellonis.*

1087, juliol, 19

Ramon Gerall fa testament, en el qual nomena marmessors Pere Rigall, Bernat Pere, Julià i Jobert Escluua; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església llega la meitat de l'església de Santa Eulàlia de la parròquia de Sant Andreu de Borrassà amb el seu estall, cases i sagrers, i els masos on habiten Andreu i Bernat Adalbert; també l'alou heretat del seu oncle patern Pere Bernat, és a dir, el mas de Martlada, on habita Guillem Rotger, i un altre mas, on viu Sonifred Guifrè; la coromina que té a Menola i la de Martlada, amb una boïga, closos i mig molí; a Bernat Pere, li deixa una peça de la Figuera a violari, que després de la seva mort ha de ser per a Vilabertran, a la qual fa donació també de tota la resta del seu alou, i d'una quarta part dels seus béns mobles juntament amb un mul o un cavall.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9731, perg. 430.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 18v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 156.

4In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Remundus Geraldi, qui ob timorem repentine mortis ordino testamentum meum taliter. Primitus precor ut sint helemosinarii mei, scilicet, Petrus Rigualdi, prelatu Sancte Marie Ville Bertrandi, et Bernardus Petri et Iulianus et Gauceburtus Escluua, qui post obitum meum distribuunt omnes facultates rerum mearum, sicut in hoc testamento inuenerint scriptum. In primis iubeo corpus meum sepelire in cimiterio predictae Sancte Marie, et dimitto predictae Sancte Marie medietatem meam ecclesie Sancte Eulalie, que est infra parrochiam Sancti Andree de Burraciano, cum ipso meo stallo et domibus et sacriis que sunt in cimiterio predictae ecclesie Sancte Eulalie et cum ipsis mansis ubi habitant Andreas et Bernardus Adalberti cum omnibus appendiciis eorum. Et ipsum alodium quod mihi dimisit Petrus Bernardi, auunculus meus, scilicet, ipsum mansum de Martlada ubi habitat Guilielmus Rugerii et alium ubi habitat Seniofredus Guifredi cum terris et uineis que mihi dimisit et cum ipsas condaminas que habeo in Amenula et cum altera que est ad predicta Martlada cum ipsa buziga et clausis et medietatem molendini. Et Sancte Marie Ludonis dimitto medietatem meam de campo qui uocatur Adroarii. Et Sancto Petro Bisilduni medietatem meam de campo qui uocatur de Quarcio. Et Sancto Mikaeli de Fluuiano dimitto ipsum meum alodium qui uocatur de Furno. Et predictae Sancte Eulalie ipsum campum qui est prope ecclesiam suam. Et ipsas

oliuarias, quas habeo infra eius terminos, exceptas ipsas oliuarias quas habeo cum Sancto Mikaele et ipsas dimitto predicto Sancto Michaeli. Et parentibus meis Augerio et Rudlando dimitto ipsas meas condaminas de alodio feuale que sunt prope Crexello, de quibus nil aliud dono nisi quarteras quinque raras de furmento per singulos annos. Et Bernardo Petri dimitto peciam I terra taliter ut tantum habeat ipse quantum sua tenet ad ipsam Ficulneam. Et post obitum eius remaneat predictae Sancte Marie Ville Bertrandi. Aliud uero cunctum alodium, scilicet, domos, terras, uineas, rieras, eremos, pasturas, ortos, arbores, aquales, prata cum omnibus que dici uel nominari potest ad usum et seruitium hominum pertinentibus dimitto predictae Sancte Marie Ville Bertrandi. Et omne mobile meum diuidatur taliter: primitus, mulum aut caballum quem [habuerit] ad diem obitus mei sit predictae Sancte Marie Ville Bertrandi. Et de alio mobile faciant predicti mei helemosinarii III^{or} partes. Prima pars sit predictae Sancte Marie, secunda Sancte Eulalie predictae, tertia Sancto Andree de Burraciano, quarta Sancte Marie de Luduno. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Acto hoc testamento XIII kalendas augusti, anno XX^{mo} VIII regni Philippi regis.¹

Sig+num Remundi Geraldi, qui hoc testamentum fieri iussi et firmaui et firmari rogauit.

Sig+num Iuliani. Sig+num Poncii Giscafredi. Sig+num Bernardi Gaucefredi. Sig+num Guilielmi Iuliani de Rici. Sig+num Geraldi Bonifili. Petrus, presbiter atque prelatus ecclesie Sancte Marie.²

Berengarius,³ subdiachonus, qui hoc testamentum scripsit, subscripsit die et anno quo supra.

¹ C data el document del dia 20 de juliol.

² Es tracta de Pere Rigall.

³ C llegeix *Petrus*.

1087, agost, 18

Guillem Llobató dona a Santa Maria de Vilabertran un mas situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Esteve de Viladamí i totes les possessions que té a la parròquia de Sant Pere de Figueres, a l'indret de Passadores.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10034, perg. 159.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 149.

⁴In nomine Domini. Ego Guilielmus Lubatonis donator sum Domino Deo et Sancte Virginitatis Marie ecclesie Ville Bertrandi. Manifestum est enim quia placuit animis meis et placet ut scripturam donationis fecissem, sicuti et facio, Domino et predictae ecclesie Sancte Genitricis eius de ipso alodio, scilicet, manso I cum terris et vineis et arboribus sibi appendentibus, que ego habeo in comitatu Bisildunensi, in parrochia Sancti Stephani de Villa Amelii, que omnia adveniunt mihi de parentibus meis. Et in alio loco, in parrochia Sancti Petri de Ficulneis, in locum qui¹ dicitur prope ipsas Passatorias dono predictae ecclesie de ipsis terris omnem meam hereditatem. Hec predicta alodia dono ego iam dictus Guilielmus predictae ecclesie Sancte Marie et clericis in ea Domino seruiantibus cum omnibus illorum exitibus et regressibus cunctis et cum omnibus illorum affrontationibus et cum uniuersis que ad usum et seruitium hominum dici uel nominari potest. Et si quis hanc scripturam donationis mee ad irrumpendum uenerit, nichil ei proficiat, set ut sacrilegus componat prenomina omnia ad predictam ecclesiam Sancte Marie et clericos eiusdem cum sua melioratione. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Facta autem hec scriptura donationis XV kalendas septembris, anno XXVIII regni Philippi regis.

Sig+num Guilielmi Lubatonis, qui hanc scripturam donationis fieri iussi et firmaui et firmari rogauit.

¹ qui escrit sobre que.

Sig+num SSS. Giscafredus, presbiter.* Sig+num Berengarius, presbiter. Oliba, subdiaconus.* Laurentius, leuita.*² Petrus, leuita atque canonicus.*

Berengarius, subdiachonus, qui hanc scriptura donationis rogatus scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

² La paraula *leuita* escrita amb un signe d'abreviatura sobrer.

1087, novembre, 23

Sança i d'altres donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran l'alou que tenen a la parròquia de Sant Martí de Pontós.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Sanciam, feminam, et alios dicte ecclesie de alodio quod habebat in parochia Sancti Martini de Pontos.

9 chalendas decembris, anno 28 Philippi regis.

n. 235

1087-1088

Ademar, Ramon i Arnall, marmessors del difunt Guadall, donen a Santa Maria de Vilabertran una possessió que aquest darrer tenia al comtat de Besalú, al terme de la parròquia de Sant Mateu de Vilademires, a l'indret anomenat el Torrent, formada per quatre peces de terra.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10033, perg. 171.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 150.

[...] condam Guadaballi precepit, [mandauit, comendauit] [...] quod ille habebat in comitatu Bisildunensis, infra terminos uel parrochia Sancti Mathei [...], que uocant ad ipso Torrente. Et adueniebat ad eum iam dictis alodiis per uoces parentorum suorum [...] predicto alodio de prenomatas salinas pecia una de terra cum ipso cellario et cum ipsa alia casa ab ipsa pen et cum ipsas [...], fructuosis uel infructuosius, qui ibidem sunt. Et affrontat a parte orientis in terra de Doda femina uel de suos infantes et de meridie uel de occiduo suis d[...] ad predicto Torrentem, cum pecia una de terra cum ipsas oliuarias et cum ipsos omnes arbores cui ibidem sunt. Et affrontat a parte orientis in [...] Bernardi Ysarni et de meridie in ipso Torrent uel in terra Sancti Iohannis Riupollenti et de occiduo uel de uero circi similiter. Quantum infra [...] predictas affrontaciones includunt ipsa sua portione et medietate et ipso suo directo quod iam dictus Guadald ibi habuit uel habere debuit [...] conmandauit nobis quando recepimus suam helemosinam ad suam extremam uoluntatem, ita donamus et tradimus et deliberamus nos predicti [...] Ville Bertrandi, totum ab integre, cum exitibus cunctis et regressibus uniuersis et cum omnibus apendiciis uel aiacenciis sibi pertinentibus [...] reseruatione et sine engan propter Deum et remedium anime eius. Et si quis hac scriptura donatinis pro inrumpendum uenerit, nil ualeat [...] cum sua melioratione. Et inantea ista scriptura donationis firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta autem scriptura [...], anno XXVIII regni Philippi regis.

Si+gnum Ademar, si+gnum Raimun, si+gnum Arnall [...], qui hanc scripturam donationis fieri iussimus, firmauimus et firmari rogauimus.

Si+gnum Poncius Ysarn. [...]. Si+gnum Ramun, subdiachonus.*¹ Si+gnum Pere
Guadall.

Et in alio loco peciola I de terra, ad ipsa Casella, coniuge sua pertinentia, qui non
erat nobis memoratum, et ego Ademirus cum predictis helemosinariis laudamus hoc et
confirmamus.

[Giscafre]dus, presbiter, qui hanc scripturam donationis rogatus scripsit, subscripsit
die et anno quo supra.

¹ Només són autògrafes les lletres *ubdiachonus*.

1088, gener, 8

Arnall Ramon fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas situat a la parròquia de Santa Eulàlia de Vilanova [de la Muga].

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Arnalli Raymundi, quo legat dicte ecclesie mansum situm in parochia Sancte Eulalie de Vilanova.

25 chalendas februarii, anno 28 Philippi regis.

n. 99

1088, febrer, 28

Berenguer, Jofre Arnall i Giscafred, marmessors d'Adalbert Jobert, donen a Santa Maria de Vilabertran, on aquest havia escollit sepultura, una terra situada a la parròquia de Sant Esteve de Vila-Sacra, a l'indret anomenat Morter.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.¹

[C]: Còpia autèntica de 1625 extraviada: *Donacions*, f. 60.

D: Transcripció de l'escatocol: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 151.²

Acta est hec tertia calendis martii, anno XXVIII regni Philippi regis.

S. Berengarii, s. Gaucfredi Arnalli, s. Gischafredi, qui hanc scripturam iam dicte Sce. Marie de donatione predictae terre facere mandamus et, sicut predictus Adalbertus in sua testatione nobis iussit, firmamus et testes firmare rogamus.

S. Adalardi. S. Bernardi. S. Bernardi, clerici.

Guillermus, qui hoc scripsit cum litteris rasis et damnatis et sub (*s. man.*) die et anno quo supra.

¹ El regest de B diu així: *Donatio facta per elemosinarios Adalberti Gaucberti dicte ecclesie de petia de terre sita in parochia Sancti Stephani de Vilasacra, loco qui dicitur Morter.*

² D anomena l'indret *Mouler* i afegeix que la terra mesura "14, 32, 12 i 33 dextres, i que ha de fer tasca i braçatge".

1088, març, 4

Bernat Guillem dona un mas a Santa Maria de Vilabertran, situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Julià d'Ordís, pel qual mas rep de Pere Rigall i dels seus companys un mul valorat en sis lliures de plata, que, a més, han de redimir de Pere Odó per vint unces d'or de València.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 231v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 152.

4 nonas martii, anno 28 regni Philipi regis. Ego Bernardus Guillermi, conans praeceptis dominicis parere, quibus praecipitur: 'Date et dabitur vobis', impertior aliquid de meo alodio Domino Deo et ecclesie alme Marie Villebertrandi, non quod ipse egeat nostro, sed potius nos suo. Est namque prefatum alodium in comitatu Bisuldunensi, infra terminos parroquiae Sancti Juliani de Ordeis, in loco, scilicet, qui dicitur Podiolum. Accipio autem pro dicto manso mulum unum valentem VI libras platae de potestate Petri Rigualli et sotiorum eius. Et insuper redimant eum de Petro Otonis 20 uncias auri de Valentia in auro.

1088, març, 31

Adalbert Jobert dóna a l'església de Santa Maria de l'Om una feixa de terra situada als seus termes parroquials, al lloc anomenat Terrer.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 163v.

“In sacco inscripto Priorat de Salom”

Donatio facta per Adalbertum Joubert praedictae ecclesiae Sanctae Mariae de Ulmo de una feixa terrae sita in parrochia dictae Sanctae Mariae, in loco vocato Terrere.

2 chalendas aprilis, anno 28 regni Philippi regis.

n. 23

1088, abril, 6

Arnall Ramon i el seu germà Oliba Ramon venen i donen a Santa Maria de Vilabertran un alou consistent en unes cases, quintanes i terres, situat al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Cebrià de Mollet; reben per aquesta transacció 35 sous.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9871, perg. 456.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 132v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 153.

2I[...]. Ego Arnallus Remundi et frater meus Oliba uenditores sumus clericis ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi atque donatores eidem ecclesie. Per hanc scripturam uenditionis atque donationis nostre uendimus atque donamus iam dicte ecclesie et clericis eiusdem alodium nostrum proprium, scilicet, domos et quintanas et terras in pluribus locis quas habemus in comitatu Petralatense, infra parrochia Sancti Cipriani de Molleto, que nobis adueniunt iam¹ dicta omnia de nostris parentibus uel pro qualicumque uoce. Habent namque affrontationes iam dicta alodia ab horiente in parrochia Sancti Iuliani de Rabezso et Sancti Romani de Dalfiano, et de meridie in parrochia Sancti Martini de Petralata, et de occiduo in parrochia Sancti Martini de Meseruncho et Sancti Clementis, a parte circi in parrochia Sancti Iachobi de Espetulla. Quantum ista affrontationes includunt, donamus atque uendimus et² in ius et potestatem predictae Sancte Marie et clericorum eiusdem ecclesie cum uniuersis affrontationibus et omnibus sibi pertinentibus. Si quis autem hanc scripturam donationis atque uenditionis nostre uenerit ad irrumpendum, nichilque proficiat, sed ut sacrilegus componat prenomina omnia ad prelibatam ecclesiam Sancte Marie. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta autem hec scriptura donationis et uenditionis VIII idus aprilis, anno XX° VIII regni Philippi regis.

Sig+num Arnaldi Remundi, sig+num Oliuani Remundi, qui hanc scriptura donationis atque uenditionis fieri iussimus et firmauimus et firmari rogauimus.

¹ iam repetit per diplografia.

² et afegit sobre la línia.

Et ego Arnaldus Remundi accepi a potestate clericorum predicte ecclesie solidos
XX.³

Sig+num Guilielmi Tedmir,⁴ presbiter. Sig+num Remundi Stephani, leuite.
Sig+num Petri Guilielmi.⁵ + Isarnus, presbiter +.* Sig+num Guilielmi Bernardi. Sig+num
Petri Mascaronis.⁶

Berengarius, leuita,⁷ [...] atque uenditionis scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

³ A sota s'hi ha afegit una X i el que sembla una V. Hom diria, per tant, que el preu de la venda fou de 35 sous.

⁴ C llegeix *Guilielmi de Mir*.

⁵ C omet aquesta signatura.

⁶ C omet *Mascaronis*.

⁷ C no llegeix el nom de l'escrivà.

1088, abril, 8

Pere Guillem i Pere Jobert presten declaració de la darrera voluntat de Sonifred Arnall, jurada damunt l'altar de Santa Anastàsia de la Seu de Girona, en la qual nomenà marmessors Arnall Miró, la seva muller Adaleds i Ramon Bernat de Vivers, i disposà d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església llegà un llit amb el seu parament de roba, un mul i una coromina situada sobre l'església de Sant Pere de Montagut, que havia de tenir, de son vivent, el seu fill Ramon Sonifred a canvi de tributar anualment la quinta part de l'explet; també una olivera grossal del cap del clos, i un veixell nou. Finalment, establí que, si els fills, que eren en peregrinació al Sant Sepulcre, no retornaven, tot el que els havia deixat quedés per a la seva esposa i, a la mort d'aquesta, fos repartit entre Santa Maria de Vilabertran, Santa Maria de Lladó i llurs filles.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9711, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 154.

2Hee sunt condiciones sacramentorum facte ordinante Bernardo Guifredi iudice in presentia Iuliani et Guilielmi Arnusti, presbiterorum, et Berengarii Olibet et Arnalli Adalberti et Alerandi et aliorum hominum¹ testificati sunt testes his nominibus Petrus Guilielmi et Petrus Gaucberti. Nos prelibati testes unum dantes testimonium iuramus in Deum et super altare Sancte Anastasiae, quod situm est apud ecclesiam Sancte Marie sedis Gerunde, quia nos uidimus et audiimus et presentes eramus quando condam Seniofredus Arnalli iacens in domo sua quae est² ad ipsam Vilar detentus ab egritudine qua obiit dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela ordinavit suam extremam uoluptatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum per quod constituit ut essent sui elemosinarii et manumissores. Hi sunt Arnallus Mironis et uxor sua Adalet et Raimundus Bernar de Viuers, quibus iniunxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti, sicut hic scriptum est. Primum debitaui corpus suum sepelli in cimiterio Sancte Marie Villa Bertrandi cum lecto 1^o de drapos et cum mulum suum et sua condamina qui est super aeclesia Sancti Petri de Monte Acuto, qui est francha. Et teneat eam filium suum Raimundus Senifredi et donet ad prelibate Sancte Marie per

¹ et aliorum hominum repetit a causa d'una dipligrafia.

² est afegit sobre la línia.

unumquemque annum quintam partem de expleto qui inde exierit. Et post mortem suam ueniat in deliberacione Sancte Marie. Et ad predicta uxor sua remaneret suum stallum de uilare et omnes suos alodios ab integre omnibus diebus uite sue ut teneret eos cum filiis suis. Et si ab illos stare non potuerit, remaneret ea in uita sua ipsa condamina de Clot. Et ipsa ui[nea] que uocant Garduca et alia qui fuit de Ber, et hoc sine blandimento, filiis suis. Et post mortem suam remaneret ad filiis suis, aequaliter, inter Raimundum et Guilielmum et Petrum; et ad filium [suum] Raimundum Seniofredi remaneret³ suum stallum supra dictum de Vilare cum ipso clauso qui ibidem est et cum arboribus qui ibidem sunt. Et remaneat ei ipsas casas de ipsa Fonte cum ipsa trilia qui supra uia est et subtus uia et cum ipsos arbores qui⁴ ibidem sunt et cum ipsa terra qui ibi est et cum ipso clauso qui est ad ipso Columbario et columbario similiter et cum ipsos arbores qui ibidem sunt et cum alio clauso qui est subtus uia cum ipso orto et cum ipsa trilia qui ibidem est et cum arboribus qui ibidem sunt, exceptus oliuariam grossalis qui sedet in capite de clauso, quia ipsa dimitto Sancte Marie prelibate Villa Bertrandi. Et cum ipso alio clauso, qui est super uia, super chasam Raimundi Guifredi, cum ipsas oliuarias qui ibidem sunt et ipso clauso de Fexaneles, qui est super uia, exceptus unam oliuariam,⁵ qui ibi est, quod dimisi⁶ Sancti Petri de Monte Acuto, et hoc pro sua inmelioracione. Et ad Guilielmum Seniofredi, filium suum, dimissit⁷ ipsas casas⁸ ubi Guilielmus Raimundi habitat cum ipsos clausos qui ibidem sunt et cum ipsas oliuarias et cum aliis arboribus qui ibidem sunt, excepta ipsa rouira qui ibidem est et cum ipso clauso supra ipsa uia, supra ipsa chasa de Basseto, et cum ipsa trilia et cum ipsas oliuarias qui ibidem sunt et est. Et ad Petrum, filium suum, dimisit⁹ ipsas oliuarias de ipso Pago, qui fuerunt de Seniofredus Galindi, et ipsa oliuaria de Vila et ipsa chasa de Pereiuno cum superposito et cum ipso orto qui ibidem est. Et ad iam dictum Raimundum, filium suum, et ad Petrum, fratrem suum, dimissit¹⁰ ipso clauso de Pereiuno, qui est subtus ipsa uia et subtus ipsa uia de Fexaneles et subtus ipsa uia de Torrentilio cum trilia qui ibidem est et cum ipsas oliuarias qui ibi sunt et cum aliis arboribus et cum ipsas oliuarias qui sunt in ipsa uia, ut teneant et diuidantur equaliter. Et ipso manso qui est ad ipso Pereiuno, qui est de Sancto Petro de Bisilluno, aequaliter teneant ambo fratres. Et ipsa pecia de terra qui est ad ipso Puial, ante chasam Ugo, remaneat solidum ad Raimundum, filium suum. Et ipsas

³ *remaneret* corregit sobre *remaneat*.

⁴ *qui* corregit *damunt quae*.

⁵ La primera i escrita sobre la línia.

⁶ *dimisi* corregit sobre *dimitto*.

⁷ *dimisi* corregit sobre *dimitto*.

⁸ *casas* afegit sobre la línia.

⁹ *dimisit* corregit sobre *dimitto*.

¹⁰ *dimisit* corregit sobre *dimitto*.

uineas de Beneudio, qui sunt ad ipsos Preueres, remaneant similiter ad Raimundum, filium suum. Et ipso rubro de Retega Sutirano, subtus uia, remaneat ad Sancta Maria de Letuno. Et si ipso unquam cadet, unum de aliis, qui melior esset, eam remaneat in emendacione. Et ad Ermessendis et Arsendis, filias suas, dimisit¹¹ ipsas chasas cretelusas cum ipsos clausos qui ibidem sunt et cum ipsas uites et cum ipsas oliuarias. Et ad Estephania, filia sua, post mortem matris sue dimisit¹² meo manso de Kakauazis, qui fuit de Raimundo Gifredi, qui fuit condam, cum suis pertinenciis. Et ad Ermengardis, filia sua, dimisit¹³ ipso alodio quod habeo ad ipsa Posta cum ipsa uinea et cum arbores qui ibidem sunt, et alios suos alodes quod remanent, remaneant aequaliter inter filios suos, uidelicet, Raimundum et Guilielmum et Petrum. Et ipsos alodes supra scripti quod remanent ad filios suos masculos, qualemque primus obierit sine infante de uxore, ad alios remaneat aequaliter suam partem. Et si filii sui qui sunt in peregrinacione Domino Deo et Sancti Sepulcri non ueniant de hac peregrinacione, ipsa sua uxore supra scripta teneat omnibus diebus uitae suae predictos alodes quod remanent filiis suis et diuidatur in suo cosimento inter Sancta Maria Villa Bertrandi et Sancte Marie de Letuno, et filias suas et suas. Et ipsas suas rouiras qui superius non sunt scripte remaneant ad filiis suis aequaliter ad Raimundum et ad Guilielmum et Petrum. Et ad uxor mea supra nominata remaneat ipso suo parilio de bouis et sua somera. Et de hoc quod remanet de suo mobile faciant predicti sui elemosinarii tres partes: unam partem sit uxori sue, aliam partem sit filios suos supra scripti, Raimundum et Guilielmum et Petrum, aliam partem, qui remanet, sit ad opus suum ut donent supra dicti sui helemosinarii ad opera de iam dictum Sanctum Petrum solidos III de Monte Acut in rem ualente. Et ad capellani eiusdem aecclesiae solidos II in rem ualente. Et ad ipsos domedarios solidos singulos in rem ualente. Et ad Sanctam Mariam Villa Bertrandi uexellum meum nouo. Et ad Sanctam Mariam Gerunde sedis mancosata I ad opera. Et ad Sanctam Mariam de Letuno solidos III^{or} in rem ualente. Et ad Sanctam Mariam de Puio mancosata I^a et ad Sanctum Petrum Rome mancosata I^a. Et ad Sanctam Fidem de Chonges denarios duodecim. Et ad Sancta Maria de Gelager denarios XII^{cim} ad opera. Et hoc quod plus remanet donent supra scripti helemosinarii in sanctis Dei aecclesiis, in sacerdotibus et pauperibus propter Deum et remedium anime sue. Et hoc testamentum optineret firmitatem usque dum alium faceret.

¹¹ *dimisit* corregit sobre *dimito*.

¹² *dimisit* corregit sobre *dimitto*.

¹³ *dimisit* corregit sobre *dimitto*.

Factum fuit iam dictum testamentum idus octobris, anno XXVIII regni Philippi regis.

Firmatum fuit a supra dicto conditore Seniofredo signo puncti et a reliquis firmatoribus, scilicet, Bernardo, presbitero, et Petro Guililelmi et Petro Raimundi et Petro Gaucberti et Iohane¹⁴ Suniarii. Scriptor Iohannes, presbiter. Nos supra dicti testes iuramus et testificamur¹⁵ in Deum et in supra dicto iuramento quia, sicut superius scriptum est, ita a supra nominato testatore ordinatum est et firmatum nobis uidentibus et audientibus per extremam uolumptatem suarum rerum.

Late condiciones VI idus aprelis, anno XXVIII regni Philippi regis, infra primos sex menses post obitum predicti testatoris.¹⁶

Sig+num Petri Guilielmi, sig+num Petri Gaucberti, qui supra dictum testimonium dedimus et iurando firmauimus. Sig+num Arnalli Adalberti. Sig+num Berengarii Olibe. Sig+num Alerandi. Bernardus, iudex et capudscale.*

+ Raimundus, qui has condiciones scripsi cum litteris superpositis die et anno quo supra.

¹⁴ La e escrita damunt una i inicial.

¹⁵ La síl·laba *ur* afegida sobre l'abreviatura per a *-us*.

¹⁶ La i escrita damunt una e.

1088, abril, 25

*Ramon Sesmon fa testament, en el qual disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església llega tot el que tenia a la parròquia de Santa Maria de Vilanant, excepte l'alou que donà a Santa Maria de Lladó.*¹

[A]: Original perdut.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 208.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 155.

7 kalendas mai, anno 28 regni Philipi regis. *Raymundus Sesmundi feu testament, en lo qual mana ser sepultat en lo cementiri de Vilabertran, y legà a esta iglesia tot lo que tenia en la parroquia de Vilafan,*² *exceptum ipsum alodium quod ipse dedit Sanctae Mariae de Lutonis, etc. Se publica est testament ut infra; nos prelibati testes unum damus testimonium, iuramus in Deum et super altare consecratum in honore Sancti Petri, quod est situm in comitatu Bisuldunensi, in villa de Ficarias, etc. y esta publicacion que fue 2 kalendas octobris, anno XXXIII regni Philipi. La firma también: Petrus, presbiter, atque praelatus praedictae ecclesiae Sanctae Mariae.*

¹ Vegeu el testament sacramental publicat el 30 de setembre de 1092, en el doc. 252 d'aquest diplomatari.

² Pel doc. 254 sé que és un error. Ha de ser Vilanant.

1088, maig, 8

Mir Oliba dona a l'església de Santa Maria de Vilabertran una peça de terra situada a la parròquia de Sant Sadurní d'Arenys.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Mironem Olive dicte ecclesie de petia terre sita in parochia Sancti Saturnini de Arenys.

8 idus maii, anno 28 Philippi regis.

n. 234

[1088], setembre, 25

Adaleds fa testament, en el qual nomena marmessors el seu espòs Bernat [Pere], Ramon Udalguer i Ramon Arnall; disposa d'ésser sebollida al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega un camp situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Pere de Figueres, amb reserva per al seu marit de tenir-lo a violari per Santa Maria pagant-ne el cens d'una mitgera d'ordi; disposa un convit a Vilabertran, per al qual destina un porc, un sester de forment i una somada de vi.

A: Original. Girona, ADG, Fons de Santa Maria de Vilabertran, perg. 12.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 256.

[...] Ego Azalaizis, femina, fessa egritudine [...] timeo mori. Aduoco helemosinarios meos [...] uirum meum et Raimundum Uzalgaris et Raimundum Arnalli, quibus tribuo potestatem distribuendi post mortem meam et omnia mobilia et immobilia mea, sicut in hoc testamento [...] iubeo corpus meum sepeliri in cimiterio Sancte Marie Ville Bertrandi et dimitto eidem [...] cunctis, tali tenore et conueniencia ut predictus Bernardus, uir meus, teneat pre [...] uite sue. Et donet recognicionem ecclesie Sancte Marie predicte migeram unam de orde. Post mortem uero [...] predicte Sancte Marie et suorum clericorum ad faciendum quod uoluerint. Et porcum unum et sextarium I frumenti et somadam I uini, id refectio clericorum prelibate Sancte Marie. Et Sancto Stephano de Villa Sacra V solidos et ad capellanum et suos clericos XI solidos et Bernardo Senioldi solidos II et Sancte Marie de Castelloni solidos III in re ualente et Sancto Petro Rodensis solidos V in re ualente. Et ad Ermengardis, filiam meam, dimitto ipsum meum mansum, in quo abitat Gaucebertus Seniofredi, pro melioracione. Allium meum alodium, exceptus ipso quod Sancte Marie Ville Bertrandi dimitto, habeat predicta Ermengardis cum sororibus suis equaliter, tali modo et conueniencia ut predictus Bernardus, uir meus, teneat et possideat predictum alodium omnibus diebus uite sue sine uinculo suarum filiarum. Post mortem uero eius reuertatur in potestate illarum. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Acto hoc testamento VII kalendas octobris, anno XX [...] ¹regni Philippi regis.

Sig+num Azalaizis, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et testes firmari rogavi.

Sig+num Guilielmi Stephani. Sig+num Petri Arnalli. Sig+num Gaucefredi Petri.

Petrus, ²leuita, qui hoc testamentum scripsi, sub die subscripsi annoque prefixo.

¹ Atès que Adaleds està testimoniada encara l'any XXXVII de Felip i d'acord amb els espais que queden lliures hem de pensar que segurament l'any d'aquest testament és l'any XXXVIII, o sia de l'any 1097. B. data el document *ca.* 1100.

² Damunt la signatura de l'escrivà sembla que hi ha unes lletres esborrades.

1089, febrer, 4

Ramon Berenguer fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas amb el camp de Bolldur, el camp de Guadell i la vinya de Perafita.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 43v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Raymundi Berengarii, quo legat dicte ecclesie mansum unum cum campo de Bolliduro et campo de Guadello et vinea de Petrafitia.

2 nonas februarii, anno 29 Philippi regis.

n. 105

1089, abril, 4

Acta de restauració de la vida monàstica a Santa Maria de Lladó amb la presència de Pere Rigall, prevere i prelat de Santa Maria de Vilabertran.

[A]: Original perdut.

[B]: Còpia de 1413 extraviada. Girona, ADG, Arxiu del Priorat de Lladó, papers del prior Verdaguer.

C: Regest: MARTÍ CASTELLÓ, Ramon. *Col·lecció diplomàtica de la seu de Girona, 817-1100*, doc. 409.

a: FLOREZ, Enrique. *España Sagrada*, vol. 45, ap. 22, p. 294-299.

b: VAYREDA I OLIVAS, Pere. *El priorat de Lladó*, doc. 1.

Notum sit fidelium uniuersitati future et presenti sacratissimum locum Beatissime Dei Genetricis Marie uulgo uocatur Lotonense,¹ quondam fuisse opulentissimum, et magnis honoribus ac rebus dilatatum, postmodum uero incuria inhabitantium et direptione prauorum hominum ad tantam inopiam redactum quod nemo ibi morabatur, nec aliquis ibi diuinis cultibus honor exhibebatur. Tandem, inspirante diuina clementia, que sibi eundem prouiderat locum cordi cuiusdam magnatis, nomine Adalberti, et coniugis sue Alamburgis, et filiorum suorum Gauberti et Guillelmi Petri scilicet et Arnaldi, Gerundensis canonici, in quorum honore eadem beate Marie habetur sita ecclesia, ut idem locus reficeretur et ad pristinam, si posset fieri, in Dei seruitio ubertatem reduceretur, recognoscentes ii² prefati prelibatum locum iniuste et indigne exitisse detentum,³ ab eorum propinquis siue ab eisdem ipsis cum magno deuotionis affectu per scripturam donationis reddiderunt, et gratuito animo concesserunt prenominatum locum cum ecclesiolis⁴ Beate Marie et Beati Ioannis, que ibi erant, et ea que in circuitu earum sunt, et omnia que illic et ubique iuris earumdem ecclesiarum ullo unquam tempore quocumque modo fuisse aut esse probari aut sciri potuerit, gloriosissime Dei Genitrici Marie, in cuius honore sanctissimum ibi constat esse erectum altare. Ita⁵ enim se euacuant de iam dictis ecclesiis et omnibus sibi pertinentibus, quod nihil inibi dominationis et imperii retinuerunt⁶ neque ab aliquo successorum suorum

¹ a *Latonense*.

² a omet *ii*.

³ a *detentum extitisse*.

⁴ a *ecclesiis*.

⁵ a *Ideo*.

⁶ a *retinebunt retinuerunt*.

uel stirpis sue ac posteritatis requirendum esse censuerunt ac uoluerunt; sed omnia ab eis collata et in futuro a fidelibus conferenda irreuocabili legum eternitate in potestate eiusdem ecclesie maneant a clericis ibidem regulariter uiuentibus semper habenda et possidenda, et in eorum usibus et necessitatibus expendenda, quarum rerum traditio fuit acta in manu domini Berengarii, Gerundensis episcopi, et eius canonicorum tunc temporis ibi presentium; qui uice ecclesie Beate Marie, que ibi habetur, et clericorum ibi manentium, susceperunt prefatam traditionem siue donationem ad utilitatem et profectum eiusdem loci. Tum demum, Dei electione et clericorum ibi manentium consensu, uir humillimus,⁷ nomine Iohannes, eidem loco est prelatu constitutus ibi clericos morum uniuersorum suorum et stabilitatem professos promittentes se ibi regulariter uicturos et digne Dei seruitium pro posse peracturos. Deinde idem pontifex, autoritate Sancte Gerundis Ecclesie, et canonicorum suorum presentia suffultus decreuit et decernendo constituit ut clerici in eodem loco manentes semper secundum regulam beati Augustini uiuerent, nil proprietatis habentes, et finito eorum prelato, ipsi eligant sibi rectorem ex eorum congregatione canonicè et religiose, illum uero quem maior et utilior pars totius conuentus prouiderit eligendum ac sibi preponendum. Quod si in ipsa congregatione — quod absit— idoneus ad hoc officium inuentus non fuerit, tunc in aliis congregationibus regularium clericorum requiratur utilis et laudabilis qui eos, secundum Dominum, in iustitia et equitate regere ualeat. Item⁸ interdixit prefatus pontifex et interdicendo anathematizauit ut ullus comes uel ulla secularis potestas aut aliquis cuiuslibet ordinis aut potestatis homo aut ulla utriusque sexus persona non ualeant nec audeant iam dictum locum cum omnibus que nunc⁹ habet uel in futuro iuste acquirere poterit alii ecclesie subiicere aut subdere, aut donare uel uendere ullo modo, sed semper in sui libertate maneat, nulli alteri ecclesie suppositus, nisi tantummodo Gerundensi Ecclesie, in cuius episcopatu habetur, et illi non aliter nisi, sicut ceteræ congregationes religiosorum uirorum, que in eius episcopatu habentur. Quod si hoc decretum uiolatum ab aliquo fuerit, tamdiu in eadem ecclesie Beate Marie diuinum officium non fiat, quamdiu alterius ecclesie imperio aut dominio subiacerit, nisi solummodo Gerundensi, ut premisum est. Et illi, qui hoc agere tentauerint, insolubili anathematis uinculo feriantur donec resipiscentes ad dignam ueniant satisfactionem. Prefatam autem ecclesiam Beate Marie et omnia que in circuitu eius sunt, et ipsum cimiterium et cetera que sunt crucibus determinata et designata spatia, scilicet, de uno colle

⁷ a *expertus uir utilissimus.*

⁸ a *iam.*

⁹ a *tunc.*

in alterum in huiusmodi immunitatis et obseruantie reuerentia posuit et constituit prelibatus pontifex autoritate Sancte Gerundensis Ecclesie ut nullus cuiuslibet potestatis aut ordinis homo in prescriptis spatiis aliquid uiolare aut temerare presumat, aut aliquam uim uel lesionem ibi alicui inferre; sed semper maneant omnia illibata, atque intacta ob reuerentiam beate Marie, cui idem locus creditur esse dicatus.¹⁰ Insuper excommunicationis sententie subiaceat quisquis his decretis obedire recusauerit. In eadem autem ecclesia sepulturas christianorum fieri et baptizationes infantum geri¹¹ et cetera que in maioribus ecclesiis solent celebrari ibi solemniter, et deuotissime idem pontifex constituit peragi. In predictum autem locum ueniens uir religiosissimus dominus Dalmatius, Sancte Narbonensis Ecclesie archiepiscopus, cum reuerendis episcopis Magalonensi, scilicet, et Carcasonensi et Barchinonensi atque Agatensi siue Ausonensi, et cernens eundem locum et omnia, que ibi gerebantur, gratias retulit Deo, et laudauit et confirmauit iam dictum dominium, et decreuit autoritate prefatorum episcoporum et sua, ut ea que Gerundensis episcopus de iam dicto loco constituerat et confirmauerat inconuulsa et illibata manerent omni tempore, et eundem locum cum omnibus spatiis, que in circuitu eius sunt, crucibus determinata in summa reuerentia et immunitate ac¹² obseruatione possuit, et in eternum esse decreuit; et ut nulla uis ibi alicui inferretur cum ceteris episcopus excommunicando interdixit. Deinde prefatus Sancte Gerundensis Ecclesie pontifex autoritate eiusdem ecclesie et canonicorum fultus decreuit et decernendo constituit ut sepultura omnium christianorum totius sui episcopatus in eodem sacrosanto Lutunensi loco quiescere uolentium generaliter fiat et nemini ullo prohibeatur, quin potius prefati presulis concessione omnibus inibi quiescere uolentibus permittitur, atque conceditur et, ut possibile est, ab eo omnes ibi quiescentes absoluuntur, ut eterna requie potiantur.

Acta est hec scriptura huius priuilegii II nonis aprilis, anno XXVIII regni Philipi regis, Dominice uero Incarnationis octuagesimo VIII post millesimum, era millessima centesima nonadecima, indictione XII.

+ Berengarius, Dei gratia Gerundensis episcopus, qui hoc donum manu mea firmaui et has constitutiones feci, et in eternum ualituras promulgauit. Dalmatius, Sancte Narbonensis Ecclesie archiepiscopus. + Ollegarius, indignus Tarraconensis metropolis dispensator. Berengarius, gratia Dei, Terraconensis metropolis archiepiscopus. + Bernardus

¹⁰ a *dilatatus*.

¹¹ a *pariter*.

¹² a *et*.

Iohannis, clericus et sacrista. Ego Walterius, Albanensium episcopus et Romane Ecclesie cardinalis eiusdem sedis factum, et corroboratum laudo, et corroboro, et sub diuina protectionis gratia obseruantes illud in perpetuo pono. Bernardus, gratia Dei, comes Bisulduno. Sig+num Matellis,¹³ comitissa. + Sig+num Petri, Carcassensis episcopus. + Berengarius, Terraconensis archiepiscopus. Et ego Radulphus, seruus seruorum Dei episcopus, laudo et confirmo auctoritate Beati Petri Apostolorum Principis. + Ego Pontius, Ripecurtensi, gratia Dei, episcopus, manu mea subscribo... Gerundensis episcopi conlaudo. SS. Raymundus, archileuita. Petrus, presbiter atque prelatus ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi. + Arnaldi, Gerundensis canonici. Sig+num Petri Adalberti. Ego Berengarius, Crassensis Ecclesie minister, indignus Catholice et Apostilice Sedis seruus et legatus, hanc scripturam donationis Apostolica auctoritate laudo et confirmo. Sig+num Adalberti Gauberti. Sig+num Alamburgis, coniux eius. Sig+num Gauberti Adalberti. Sig+num Guillelmi Adalberti. Sig+num Raymundi Pontii. Sig+num Guillelmi Pontii. Sig+num Guillelmi Raymundi. Sig+num Dalmatii Raymundi. Sig+num Beatricis, filia Gauberti. Sig+num Saura, sororis eius. Berengarius, Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. + Petrus, Elenensis episcopus. + Ego Umbertus, presbiter cardinalis Apostolice Sedis legatus, hanc immunitatis cartulam legi et subscribendo roborauit.

Ego Ioannes, presbiter, huius privilegii scriptor, cum litteris in linea XX superpositis.

¹³ a *Matildis*.

1089, abril, 5

Ramon Jobert defineix i confirma a Santa Maria de Vilabertran un alou situat a les parròquies de Sant Julià de Rabós i de Santa Eulàlia de Noues, a Vall-llobera i Coma d'Orlina, que el pare del mateix atorgant, el difunt Jobert, havia posseït i després venut al jutge Ramon i a la seva esposa Ricens, germana de l'atorgant, el qual matrimoni el donaren a Santa Maria de Vilabertran. També defineix en favor d'aquesta església dos horts que tenia el susdit jutge Ramon al costat del riu Orlina, i dos cellers, un que el jutge adquirí del pare de Ramon Jobert i de Pere Rigall, que l'havia edificat, i un altre d'enrunat que el jutge havia comprat al clergue Sonifred; també defineix el mas que el jutge i la seva muller havien adquirit dels germans Guillem Guillem, Guilbert i Ramon, així com un farraginar del Clot de Mir i una petita peça de vinya de la Cucurella. La seva esposa Sicards també dona la seva conformitat i ell rep a canvi d'aquesta definició i evacuació un cavall i una lliura de plata de moneda del comte Hug [II d'Empúries] i de Besalú.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9712, perg. 461.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Esriptures*, doc. 160.

5In Christi nomine. Ego Ramundus Gauzberti firmator, definitor, donator et pacificator sum Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi et domno Petro, prelado uius locis (*sic*), et ceteris clericis ibidem Deo seruientibus cunctis alodium cum uniuersis omnibus in se habentibus, quod est infra parrochie Sancti Iuliani de Rabidosi et Sancte Eulalie de Noues, in Valle uocitatum Luparia siue Coma de Orlina siue in aliis quibusque locis, quod condam Gauzbertus, pater meus, ibi habuit et tenuit pro quibusque modis. Et postea uendidit Remundi iudicis et soror mea Richsendis, et illis postea dederunt Domino Deo et iam dicte Sancte Mariae per scripturam donationis. Et hoc collaudo et autorizo et conuenio. Terminatur atque concluditur iam dictum alodium, scilicet, mansos, terris et uineis, cultis et heremis, fontaneis et riuis atque puteis cum cuncta genera arborum a parte orientis in uilare Ermeniscle siue in ipsa Riera, et de meridie in semitario qua itur de Dalfiano ad uilare Ermeniscle per ipsos casales que dicitur de Salomoni, et de occiduo in uia qua itur de Dalfiano ad Sancti Cyrici siue in locum uocitatum Kairefret, et de circi in riuolum Egara. Iterum definio Dominio Deo et predictae Sancte Marie et iam dictis clericis duos ortos quod predictus Raimundus iudex tenet et habet cum ipsis arboribus iuxta rio

Orlina et linaris, quod ipse tenet simili modo. Et cellarios duos, unum, uidelicet, quod ipse adquisiuit de condam patre meo Gauzberto et de Petro Rigualli, qui eum hedificauit simul cum ipsa pen ante hostium et ianuam et exio et supra posito, et alium destructum, quod iam dictus Raimundus iudex emit de Sonifredi clerico. Et simili modo definio ipsum mansum quod predictus iudex adquisiuit uná cum uxore sua de Guillelmo Guillelmi et Guilaberti et Raimundi fratres. Et ipso ferragenal ad ipso Cloto de Mironi cum suis pertinentiis et affrontationibus. Et unam peciolam uinee quae uocant ad ipsa Cocorella sicut terminatur atque conclududitur. Iam dicta uero cuncta alodia, sicut superius est terminata, definio, euacuo, pacifico atque dono Domino Deo et predictae Sancte Marie et clericis superius scriptis, tali tenore et ordine ut non sit ullo modo licitum iam dictis clericis uel aliis futuris iam dictum alodium a potestate predictae aeclessiae abstraere, uendere uel donare uel in baiuliam ulius hominis mittere. Et si —quod absit— facere presumpserint, statim deuenisset iam dictum alodium in mea potestate uel de filiis meis. Et pro (*sic*) hanc definitionem ego iam dicto Raimundo Gauzberti accepi a potestate predictae Sancte Marie et prelibato Petro prelato cauallum unum et libram argenti ex [...] ualente denariis monete Ugonensis et Bisuldunensis. Et ideo iam dicta alodia cum uniuersa in se habente omnia in iure et dominatione predictae Sancte [Marie] et suis clericis definio, euacuo, dono atque de meo iure in illorum potestate trado ad proprium ut Deus sit propicius peccatis meis et Domino [merear suam] indulgentiam. Si quis autem hanc scripturam irrumpere temptauerit et a dominatione predicta aeclesia iam dictum alodium substituere uoluerit uel minu[ere] ut sacrile]gus componatur. Et inantea ira Dei incurat et cum Datan et Abiron porcionem accipiat. Et inantea haec scriptura firma permaneat [omni tempore].

Hacta autem hec scriptura nonas aprilis, anno XXVIII regnante Philipo rege.

Sig+num Remundi Gauzberti, qui hanc [scripturam] euacuacionis, pacificacionis, definitionis atque donationis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogauit.

Sig+num Remundi [..., qui] conuenio Domino Deo et predictae Sancte Marie omnibus diebus uite mee ut adiutor sim tenere et habere iam dictum alodium ut melius possim. Et post obitum meum ita teneant et faciant filii mei.

Sig+num Sichardis, uxor Remundi, qui hoc confirmo. Sig+num Remundus Berengarii. Sig+num Petrus Raimundi, scolanus. Sig+num Remundi Poncii, scolanus, SSS. Berengarius, subdiachonus.*

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam euacuacionis, pacificationis, definicionis, donacionis scripsi, subscripsi die et anno quod supra.

1089, abril, 6

Ademar Francó dóna a Santa Maria de Vilabertran la seva porció d'alou que tenia amb el seu difunt germà Ricard Francó i la seva quarta part d'un camp, dit Camp Balaguer, situat tot al comtat de Peralada, als termes de la parròquia de Sant Martí de Peralada.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9024, perg. 48.

C: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 161.

5In nomine Domini. Ego Ademarus donator sum Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi ipsam meam por[tionem] alodii quod ego [...] cum condam fratre meo Richardi Franconi et quartam partem de ipso campo que uocant Balagarii. Et est predicto alodio [in comitatu Petra]latensis, in infra parroechiam Sancti Martini Petralata. Terminantur autem predicta emptione cum ipsis mansis qui infra sunt a parte orientis in alodio predicti fratris et de meridie in alodio de Gaucberto Gaucberti de Petralata et de occiduo in terra cenobii Sanct[i Petri] et de [...] in alodio Bernardus Adalberti. Et predicto campo de Balager affrontat atque terminatur a parte orientis in alodio Sancte Marie sedis Gerunde, quod tenet Dalmacius Bernardi per feuum, et de meridie in flumine Sambuce et in predicto alodio Sancte Marie siue in alodio cenobio predicti Sancti Petri, et de occiduo in medio predicto flumine, de parte uero circi in alodio predicti Sancti Petri. Sicut terminatur iam dictum cunctum alodium et infra iam dictas affrontationes includitur, sic dono Domino Deo et predicte Sancte Marie Ville Bertrandi ad proprium¹ cum cunctis suis pertinentiis propter Deum et remedium anime meae, et de meo iure in potestate Petri Rigualdi, prelati eiusdem ecclesie, et ceteris clericis trado atque delibero libenti animo et propmta (*sic*) prenominata mea uoluntate, tali tenore quod iam dictum alodium cunctum omni tempore permaneat in iure et dominatione prelibate ecclesie et clericorum ibidem consistentibus, tam presentibus quam futuris. Si quis autem hanc scripturam donationis siue largitionis irrumpere temptauerit, ut sacrilegus componat. Et inantea firmitatem obtineat.

¹ La síl·laba *pro*, afegida per diplografia, cancel·lada.

Acta autem hec scriptura donationis et largitionis VIII idus apreli, anno XXVIII regnante Philippo rege.

Sig+num Ademari Franconis, qui hanc scripturam fieri iussi, firmaui et hos testes firmare rogau.

Sig+num Petri Gauzberti. Sig+num Adalberti Deodati. Sig+num Oliba Gundemari. Sig+num Berengarii Petri. Sig+num Bernardi Petri.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1089, juny, 29

En el plet suscitad entre la comunitat de Vilabertran, d'una banda, i els clergues i feligresos de la parròquia de Sant Joan de Vilatenim, d'una altra, sobre els delmes i les primícies d'uns alous que havien estat de Bonadona, esposa de Guillem de Rocabertí, i de Bernat de Montroig, hom sentencia sobre el millor dret de Santa Maria de Vilabertran, i Guillem Guillem, en representació de l'església de Vilatenim, que ell tenia per Ramon Guillem, vescomte de Rocabertí, defineix els drets reclamats a canvi de 60 sous de diners.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 107.

C: Transcripció: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 215.

[D]: Còpia del s. XVIII extraviada: *Notas per la justificació del decimar de Vilabertran*, p. 26–28.

E: Transcripció de l'escatocol: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 161.

C

Cunctis tam praesentibus quam futuris sit lis et contentio mota quae nostris modernis temporibus orta est inter clericos Sanctae Villae Bertrandi et clericos et parroquianos Sancti Iohannis de Vila Tenim atque Guillermi Guillermi, qui, vice praedictae ecclesiae Sancti Iohannis, volebat sub ratione cuiusdam authoritatis, decimas et primitias Beatae Mariae et suis clericis auferre de alodiis condam Bonaedonnae feminae et Guillermi de Rocabertino, viri sui, et Bernardi de Monte Rubeo et eorum heredum. Et tandiu haec lis fuit prolongata quod Petrus, praelatus praedictae Sanctae Mariae, atque iam dictus Guillermus se constrixerunt quibusdam provatissimis fideiusoribus ut potestate Raymundi Guillermi, vicecomitis de Rocabertini, sub cuius potestate praedictus Guillermus tenebat iam dictam ecclesiam Sancti Ioannis ut qui se a constituto placito subtraheret damnum L^a untiarum absque mora ferret. Constituto igitur die uenerunt ad placitum quod fuit ante hostium ecclesiae Sanctae Mariae, in quo placito interfuit Berengarius, gratia Dei Gerundensis episcopus, et Bernardus Ioannis sacricustos alique praedictae sedis clerici et nobiles atque hicnobiles laici quam plurimi, quorum longum est per ordinem numerare. In iam dicto vero placito lecta fuit dos Sancti Ioannis a Guillermo praedicto ostensa novelis temporibus edita atque iniuste firmata, et similiter cartae Beatae Mariae a Petro praelato ostensae, in quibus continebatur quomodo praedicti authores dederunt iam dicta alodia

cum illorum decimis et primitiis praelibatae Sanctae Mariae. Iudicabit ergo episcopus et sacrificustos et caeteri alii quod, si praedictus Guillelmus non posset ostendere dotem vel aliquod rationabile scriptum, cum quo praedicti authores dedissent Beato Ioanni ipsas decimas atque primitias sub signo illorum veracissimae confirmationis antequam darent Beatae Mariae, sicut in suis resitabatur scriptis, rationabilius et rectius debebant consistere in potestate et iure Beatae Mariae quam Sancti Ioannis per suam iniustam posesionem. Constituit autem vicecomes aliud placitum fieri in bosco condam Geralli Ranmiri atque Dagberti, illius fratri, in quo praedictus Petrus item ostendit alias cartas quae plusquam centum viginti annorum erant factae, in quibus cartis continebatur praedicta Bonadona dedisse praedicta alodia cum decimis et primitiis Beatae Mariae ut inde eius ecclesia illuminaretur, cantaretur et exornaretur omni tempore cum aliis oblationibus quas sui parroquiani ibi persolvissent. Omnibus vero hoc audientibus iussu vicecomitis iudicaverunt Raymundus, archidiaconus Sanctae sedis Gerundae et abbas Sancti Felicii Gerundae, et Dalmacius Berengarii et Dalmacius Bernardi et Pontius Guillermi et Raymundus Gauceberty ut, absque ullo inpeditionis vinculo, decimas et primitias in perpetuo iure et potestate atque dominatione Beatae Mariae et suorum clericorum debebant permanere. Tertium autem placitum fuit inde a praedicto vicecomite statutum in Cabanas, in domo scilicet Dalmatii Berengarii, ut ibi praedictus Guillelmus eligeret quidquid de iam dicto iudicio sibi placeret. Venit ergo praedictus Guillelmus ad constitutum placitum adducens secum Raymundum Guillelmum iudicem et alios suos provatissimos amicos, qui omnes una cum praedicto Guillelmo laudaverunt atque dixerunt iam dictum iudicium rectum esse et iustum. Hoc facto accenserunt iam dictus Dalmatius Berengarii et Dalmatius Bernardi et Pontius Guillermi et Raymundus Gauceberty et alii multi consiliati sunt dominum Petrum ut daret aliquid de sensu Beatae Mariae, scilicet 60 solidos denariorum, praedicto Guillelmo pro sua solummodo iniusta petitione et ut amplius contra directum Beatae Mariae non revelaret. Ipse vero illorum consiliis consentiens promisit se esse daturum, sicuti et dedit, *idit Guillem* prima definicio in perpetuum, etc.

Acta est autem haec anno millesimo LXXXVIII ab Incarnatione Christi III kalendas iulii, anno XXX regni Philipo rege.

Sig+num Guillielmi Guillielmi. Berengarius, Dei gratia, Gerundensis episcopus.

Acta est autem hec anno MLXXXVIII ab Incarnatione Christi III kalendas iulii, anno XXX regnante Philippo rege.

S. Guilielmi Guilielmi, qui hanc scripturam difinitionis, deliberationis atque euacuationis laudo et conlaudo atque confirmo.

Berengarius, Dei gratia, Gerundensis episcopus.

Scipsit et hoc posuit sig+num leuita Ioannes.

S. Raimundi Guilielmi, uicecomitis, qui hanc scripturam definitionis et euacuationis auctorizo, conlaudo, definio atque confirmo, et in iure prelibate ecclesie libente animo trado et testibus subterius scriptis firmare iubeo.

S. Gauzberti Amblard. S. Pontii Oliba.

S. Berengarii Guilielmi, Guilielmi Guilielmi predicti filii, qui hanc scripturam definitionis, deliberationis atque euacuationis laudo atque confirmo et testibus subterius scriptis firmare iubeo in predicto die et anno.

S. Berengarii Bernardi de Auione. S. Berengarii, filii Bernadi Otonis. S. Raimundi Arnalli, filii Arnalli Mironis. S. Arnaldi Raimundi Arrufat. S. Geraldii Suniarii. S. Berengarii Ademari de Terrades. S. Guilielmi Seniofredi de Monte Acuto.

Guilielmus, subdiaconus, qui hanc scripturam definitionis scripsit et sub (*s. man*) die et anno quo supra.

1089, juny, 29

Guillem Guillem defineix a Santa Maria de Vilabertran els delmes de Sant Joan [de Vilatenim] que Bonadona havia llegat a l'esmentada església, per 60 sous.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9702, perg. 448.

[B]: Còpia del s. XVIII extraviada: *Notas per la justificació del decimar de Vilabertran*, p. 26-28.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 177.

Cum [...] presens [...] Sancte Marie de Villa Bertrandi [...] predicte ecclesie Sancti Iohannis habebat supra [...]dis auffere de alod[io] [...] condam Bonedonne femine et Gilielme de [...] et suorum [...] et tandiu hec lis fuit pro [...] Sancte Marie atque iam dict[...] pro [...] uicecomitis [...], cuius potestate prect[...] teneat [...] se [...] uenerunt [...] quod [...] Sancte Marie [...] Gerundensis episcop[...]. [...] Bernardus Iohannis sacricustos a [...] predicte [...] plurimi [...] predicto [...] posset [...] ipsas [...] Marie [...] sic in [...] et [...] beate Marie [...] comes aliud placitum fieri in boscho [...] atque [...] ostendit alias [...] que plusquam[...] Bonadonna [...] alodia cum decimis et primiciis beate Marie [...] eius ecclessiam illuminarem [...]retur [...] quas [...] parrochiam ibi persoluent.¹ Omnibus uero hoc [...] archidiaconi Sancte sedis Gerunde et abbas Sancti Felicis [...] Poncius Gilielmi et Ramundus Gauchberti ut abque [...] ullo [...] tuo iure et potestate atque dominatione [...] et [...] placitum fuit inde ab predicto uicecomite fratris [...] Bernardi Berengarii ut [...] predictus Gilielmus eligeret quidquid de iam dicto iudicio sic placeret. Venit ergo predictus Gilielmo ad constitutum placitum adducens secum [...] iudicem et alia [...] laudauerunt [...]. Hoc facto [...] Berengarii et Dalmatii Bernardii [...] aliquid de [...] denariorum [...] modo in iustificationem et [...] [...]s consentiens. Accip[...] [...]tis LX [...] Gilielmo [...] delibero [...] et primicias [...] [...]ectos quos [...] quod nec ego nec aliquis de successoribus meis [...] inquietare [...] decimas et primicias Domino et sue Genitrici [...] aliquis contra hanc scripturam definitionis, deliberationis atque euacuationis [...] predictas decimas et primicias [...] Dei incurrat [...] scriptura firma permanente.

[...] Christi III kalendas iuli, anno XXX regnante Philippo rege.

¹ Inicialment l'escrivà va escriure *persoluessent* i després va expuntuar *ess*.

Sig+num Gilielmi [...], qui hanc scripturam [...] presenciam de ipso [...] de alodio
subtus [...] Villa Ad[...] [...] Villa Timim.

Berengarius, Dei gratia, episcopus Gerundensis +.*

Scrispit et hoc possuit sg+num leuita Ioannes [...].

Sig+num [...] Raimundi [...] deffinitionis, euacuationis aucto[rizo] defnio [...] a meo
trado et testibus [...]. Sig+num Pontii Oliba. Sig+num [...] Gilielmi Gilielmi [...] deliberationis [...] predicto die et anno [...] Sig+num Raimundi [...] Suniarü [...] [Monte]
Acuto.

Guilielmus, qui hanc scripturam deffinitionis scripsi sub. (*senyal*) die et anno quo
supra.

1089, juliol, 25

Guillem Guifrè de Gorgues i la seva muller Estefania donen a Santa Maria de Vilabertran, en concepte d'herència de llur fill Pere Guillem, el mas de Puig Moscardell, on habita Gerall Guitard, i les vinyes de Fontllosca i el mas de Figueres, on viuen Alamburgs i els seus fills; totes aquestes propietats són situades al comtat de Besalú, a les parròquies de Sant Julià de Llers i de Sant Pere de Figueres.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5554, perg. 46.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 209.¹

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 179.

₂Sit notum cunctis presentibus et futuris quia ego Gillelmus Gifredi de Gurgitibus et Stefania uxor mea donamus ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi pro hereditate Petri Gillelmi, filii nostri, mansum de Podio Moschardel, ubi Gerallus Gitardi habitat, cum omnibus tenedonibus suis et pertinentiis et adiacentiis que nos habemus in circuitu eiusdem mansi simul cum ipsis uineis de Fonte Luscha et ipsum mansum de Ficulneis cum omnibus suis pertinentiis, ubi habitat Alamburgis et filii eius. Hec supradicta omnia donamus prephate ecclesie Ville Bertrandi pariter cum predicto Petro Gillelmi filio nostro et de nostro iure et potestate transferimus in ius et possessionem prelibate ecclesie absque ulla reseruacione. Sunt namque prephata omnia in comitatu Bisillunensis, in parrochia Sancti Iuliani de Lercio et Sancti Petri de Ficulneis. Si quis contra hanc cartam nostre donationis ad irrumpendum uenerit, nullatenus ualeat, sed predicta omnia in duplo componat cum sua melioratione, hac scriptura firma persistente.

Que est acta VIII kalendas augustii, anno XXX regni Philipi regis.

Sig+num Gillelmi Guifredi, sig+num Stephanie uxori eius, qui hanc cartam donationis fieri iussimus, firmauimus firmarique rogauimus.

Sig+num Petri Gillelmi, filii nostri. Sig+num Gilaberti Gillelmi. Sig+num Petri Semundi. Sig+num Geralli Guitardi. Sig+num Bernardi Uldrici.

¹ On s'apunta que «es muy presumible que sea este Petrus Guillermi el sucesor de nuestro fundador».

Raimundus, subdiachonus, qui hanc cartam donationis rogatus scripsi, subscripsi
die et anno quo supra.

1089, agost, 22

Bernat Ramon, abans d'emprendre un viatge a Espanya, fa testament, en el qual nomena marmessors Guillem Guifrè, Ramon Ramon, Arnall Sendred i la seva esposa, Sicards; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Sant Pere de Rodes, i, entre d'altres béns, llega a Santa Maria de Vilabertran una tercera part del terç dels seus béns mobles així com les vinyes que té sota el camí que va a Figueres i un mallol que té Albert Uldric, al costat de les vinyes de Pere Guillem, canonge de Santa Maria de Vilabertran. Fa aquesta donació per la seva ànima i per tal que el seu fill Berenguer esdevingui canonge de Vilabertran.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9873, perg. 456.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, Llibre de la visita de Agullana, fol. 44v-45r.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 162.

¶ In Christi nomine. Ego Bernardus Remundi, uolens pergere in Ispaniam, aduoco meos elemosinarios Guillelmi Guifredi et Remundus Remundi et Arnallus Sendredi et uxori mee Sicardis ut ipsi habeant potestatem distribuendi omnem auerem meum, tam mobilem quam immobilem. In primis dimitto corpus meum ecclesie Sancti Petri Rodensis et de meo¹ mobile faciant mei helemosinariii tres partes: una pars sit predicte uxori mee, alia de² filiis meis, tercia, qui mihi contigerit, diuidantur taliter per tres partes: una pars dimitto predicti Sancti Petri, alia ad Sanctum Iulianum et ad suos clericos, alia dimitto Sancte Marie Ville Bertrandi³ cum ipso alodio qui est in parrochia Sancti Petri de Ficarias, quod ego habeo cum heredes meos, et ipsas uineas quod ego habeo desubtus ipsa estrada qui pergit ad Ficarias et ipsum mallolum quod tenet⁴ Adalbertus Uldrigi, qui est iusta ipsas uineas de Petro Guillelmi, canonicus predicte Sancte Marie. Et propter hoc dimitto predicte Sancte Marie hec omnia pro remedio anime mee et quod filius meus⁵ Berengarius sit canonicus iam dicte Sancte Marie Deo seruientibus. Et si filius meus Berengarius iam dictus obierit antequam canonicus sit, remaneat iam dicta omnia predicte Sancte Marie sine ullo engan. Et ad filio meo Remundo dimitto ipsos meos alodios quod ego habeo in parrochia Sancti Iuliani de Lercio. Et ipsos meos feuos, quod teneo per seniori meo, Gaucefredo Segarii, et

¹ Per diplografia hi ha *meo* repetit.

² *de* afegit sobre la línia.

³ Després de *Bertrandi* hi ha dues lletres esborrades.

⁴ La ena de *tenet* escrita sobre una correcció.

⁵ *sit* i una *c* expuntuades i esborrades.

ipsos quos teneo per Sancto Petro iam dicto Rodensi. Et ad filio meo Gaucelmo dimitto ipsum meum alodium quod habeo in parrochia Sancti Martini de Peralada, post mortem matris sue, et ipsum feuum quod teneo per Gaucefredo Matfredi et ipsum quod teneo per Guillelmum Deusde, et ipsos feuos et alodios teneat mater sua propter hoc quod nutriat eum, et ipsum feuum que tenet per Dalmacius Suniarii ad iam dicto filio meo Gaucelmo. Et ipsas meas uineas, que ego habeo et teneo in locum⁶ uocitatum Sancti Cirici per feuum siue per alodium, dimitto in pignora per libram I de plata ad Dalmacius Suniarii ut tantum teneat eas et possideas (*sic*) usque filii mei Remundi iam dicti redimat eas, si ipsam mulam, quod Bernardus emit, non reuertat. Et ipsum meum mansum de Solanos, quod teneo per Gaucefredus Matfredi, dimitto in pignora ad Guillelmus Guifredi per II libras de plata. Et de meo mobile antequam diuidantur donent mei helemosinarii ad predicte uxori mee parilio meo de bouis et asinum et medietatem de ipsa mea equa, que ego habeo in Peralada. Et si uxor mea maritum non acceperit, dimitto ei totum honorem meum ab integre sine uinculo et blandimento suorum filiorum et de omnibus hominibus in omni uita sua ut teneat eum et possideat et exfructuet. Et si maritum accepit,⁷ teneat ea ipsum alodium de Peralada⁸ in uita sua et ipso mobile, sicut superius est scriptum. Et filiis meis et honorem et uxorem meam remaneat (*sic*) in potestate et baiolia Dei et Sancta Maria et Sancti Petri et seniori meo Gaucefredo Segarii et frater meus, Remundus, et Dalmacius Suniarii et Guillelmus Guifredi et alios meos seniores et amicos qui bene uoluerint facere.

Actum est hoc testamentum XI kalendas septembris, anno XXX regnante Philippo rege.

Sig+num Bernardus Remundi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui firmarique rogauit.

Sig+num Guilbertus Guillelmi. Sig+num Remundus Gigonis. Sig+num Remundus Stephanus. Sig+num Adalbertus de Mala Vallis.⁹ Sig+num Petrus Ullumari. Sig+num Pere Osten.

Berengarius, subdiachonus, qui hoc testamentum scripsi cum litteris rasis et emendatis et super positis¹⁰ et subscripsi die et anno quo supra.

⁶ *locum* corregit *damunt loco*.

⁷ La lletra a està refeta a partir d'una ena.

⁸ *de Peralada* afegit sobre la línia.

⁹ Manca un punt de validació.

¹⁰ Des de *cum litteris* fins a *super positus* afegit a sota tal i com indica un crit d'atenció.

1089, setembre, 5

*Prim Salomó i la seva esposa Adalards donen a Santa Maria de Vilabertran una casa i un quintà situats al comtal de Peralada, a la parròquia de Sant Esteve de Pedret, a l'indret anomenat Vilarnou, prop del mas on habiten els donants, que havia estat donat a Santa Maria de Vilabertran per Berenguer Bernat. Aquesta propietat afrontava per tres bandes amb una terra de l'església de Pedret.*¹

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44v.

[C]: Còpia autèntica de 1625 extraviada: *Donacions*, fol. 64v–65.

D: Transcripció de l'escatocol: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 163.

B

Donatio facta per Primum Salomonis et uxorem suam Adalaidim dicte ecclesie de alodio, domibus scilicet et quintano sitis in parochia Sancti Stephani de Pedreto, in loco qui dicitur Villare Novo.

Nonas septembris, anno 30 Philippi regis.

n. 119

D

Acta autem hec scriptura donationis nonis septembris, anno XXX regni Philippi regis.

S. Primi Salomonis, s. Adalardis, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus et firmavimus et firmari rogavimus.

S. Stephani Arnalli. S. Petri Gaucberti. S. Gaucberti Auricii. S. Bernardi Gaucefredi. S. Arnalli Primi. S. Pontii Primi. S. Petrus, subdiaconus. S. Guilielmus, presbiter.

Berengarius, levita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subss. (*s. man.*) die et anno quo supra.

¹ La informació del regest no recollida en el resum d'Agullana la dóna D en el seu regest.

1090, gener, 3

Dalmau Seguí, la seva esposa Ermesèn, i llurs fills Pere Dalmau i Jofre Dalmau, donen a Santa Maria de Vilabertran un mas situat al comtat de Besalú, dins els termes de la parròquia de Santa Cecília [de Terrades], a l'indret anomenat Pedrosa.

A: Còpia simple. Barcelona, BC, reg. 9875, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 165.

₃In nomine Domini. Ego Dalmacius Seguini et uxor mea Ermesendis et Petrus Dalmacii atque Gaucefredus Dalmacii, fratres, simul in unum, donamus Domino Deo et eius Genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi pro remissione nostrorum peccatorum alodium quod habemus et tenemus, scilicet, mansum unum cum suis pertinentiis, qui est in comitatu Bisuldunensis, infra terminos parrochie Sancte Cecilie, in loco scilicet qui dicitur Petrosa. Aduenit nobis predictus mansus per comparationem seu per alias quascumque uoces. Donamus ergo eum simul et tradimus in iure et potestate predictae Genitricis Dei Marie et suorum sibi seruientium cum terris et arboribus, boscis et pascuis et omnibus sibi adiacentibus pariter cum illorum ubique affrontationibus et cunctis¹ sibe pertinentiis cum omnibus eorum exitibus et regressibus sine nulla retinendi occasione ut libere in perpetuum sit eius possidendi alodium. Si quis autem hanc scripturam huius nostre donationis uenerit ad irrumpendum, nil sibi ualeat, sed omnia predicta prelibate Sancte Marie in duplo componat cum omni sua melioratione. Et postmodum hec scriptura semper maneat firma.

Acta est autem hec scriptura donationis III nonas ianuarii, anno XXX regni Philippi regis.

Sig+num Dalmacii Seguini, sig+num Ermesendis, uxori sue, sig+num Petri Dalmacii, ipsius filii, sig+num Gaucefredi Dalmacii, ipsius filii, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

¹ *cunctis* escrit amb un signe d'abreviatura sobrer.

Sig+num Ugonis Dalmacii. Sig+num Remundi Segarii. Sig+num Remundi Adalberti. Sig+num Gillelmi Gaucberti. Sig+num Berengarii Petri. Guilielmus, subdiachonus +. Petrus, leuita, SSS.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1090, febrer, 2

Guillem Ramon dona a Santa Maria de Vilabertran el seu alou que situat al comtat de Besalú, a les parròquies de Sant Pere de Navata i de Sant Julià d'Ordís, consistent en mig mas i una heretat que té a la Farigola, amb les terres, vinyes i cellers de prop de l'església de Santa Maria del Puig.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5490, perg. 47.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 166.

₃In Christi nomine. Ego Guilielmus Ramundi dono Domino Deo et eius Genitrici Sancte Mariae Ville Bertrandi ob meorum remissionem peccatorum alodium meum proprium quod habeo et [teneo] in comitatu Bisuldunensis, infra terminos parrochie Sancti Petri de Nauata et Sancti Iuliani de Ordeis. Sicut¹ michi aduenit per uocem mei genitoris et aliorum parentorum seu pro aliis quibuscumque modis. Est autem prefatum alodium medietas² unius mansi et hereditas³ iterum quam habeo in alodio de ipsa Ferigola⁴ cum⁵ terris et uineis et cellariis⁶ que ibi circa ecclesiam Sancte Marie sunt de ipso Podio. Sicut in his omnibus mea hereditas cum hereditate fratris mei Arnalli diuiditur. Sicut autem hec predicta omnia infra terminos iam dictarum parrochiarum, a parte orientis et occidentis, meridiei et circi terminantur et concluduntur et ubicumque mea in omnibus dinoscitur hereditas, que mihi aduenit iure predictorum meorum parentorum. Et sicut omnia cum omnibus predicti fratris mei hereditate⁷ diuidentibus ubique discernuntur, sic dono, trado et delibero in iure et dominatione predicte Sancte Marie et suorum clericorum ad proprium alodium⁸ sine ullo retentu in perpetuum⁹ sine inquietudine ullius hominis possidendum. Et si quis hanc scripturam, tam ego quam alius aliquis, uoluerit irrumpere nulla hoc occasione

¹ La *essa* escrita damunt un enllaç *et*.

² *medietas* escrit després d'una correcció per rasura.

³ La *essa* damunt una correcció per rasura. I a continuació hi ha un espai en blanc corresponent al que ocuparien unes dotze lletres.

⁴ La *o* escrita damunt una *u* anterior.

⁵ *cum* corregit sobre un enllaç *et*.

⁶ La segona *i* escrita sobre una *essa* prèvia.

⁷ A continuació, hi ha sis lletres esborrades.

⁸ *in perpetuum* expuntuat.

⁹ La *te* està escrita sobre una *ce* anterior.

possit fieri, sed nequissimus¹⁰ ille, quisquis sit uel sint, in duplo componat uel component¹¹ predicta omnia prelibate Sancte Marie cum sua melioratione.

Acta est hec IIII nonas februarii, anno XXX regni Philippi regis.

Sig+num Guilielmi Ramundi, qui hanc scripturam huius donationis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogaui.

Sig+num Guilielmi Gaucberti. Sig+num Berengarii. Sig+num Petri Campi Magni.

[Guilielmus], sub[diachonus, qui] hanc don[ationem] [...] [cum litteris rasis] et litteris emendatis [...].

¹⁰ La i sobreposada damunt la q és transformació d'una l anterior.

¹¹ La lletra ce està escrita damunt una e anterior.

1090, febrer, 4

Guillem Llobató dóna a Santa Maria de Vilabertran alons situats al comtat de Besalú i Peralada, consistents en la coromina de Rotball, al terme de Sant Pau [de la Calçada] i Sant Pere de Figueres; i tres peces de terra situades a la parròquia de Sant Joan de Vilatenim.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9561, perg. 196.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 167.

3In nomine Domini. Ego Guilielmus [Lobat]on dono Domino et eius Genitrice Sancte [Marie V]ille Bertrandi alodium meum proprium, quod habeo et teneo in comitatu Bisuldunensis et Petralatensis, scilicet, quondaminam [...] que dicitur de Rodballo, que infra terminos Sancti Pauli¹ et Sancti [Petri d]e Ficariis concluditur, sicut mihi aduenit per uocem patris mei et matris. Et in alio loco, infra terminos parrochie Sancti Iohannis Ville Timim, her[editatem me]am de tribus peciis terre. Sicut mihi iterum accidit per uocem mei genitoris. Sicut hec omnia predicta mihi adueniunt per iam dictus [...]beo et teneo, et, uelut² est meum proprium alodium, libere sine ullius hominis inquietudine possideo, sic omnia cum suis ubique [...] exitibus et regressibus cunctis et pertinentiis uniuersis³ sine ulla diminutione et ulla retinutione trado, dono⁴ et [...]a dominatione in iure et potestate Beate Marie et suorum sibi seruientium ad proprium in perpetuum possidendi alodium [...] nec ullus aliquis homo hanc scripturam irrumpere ualeat, sed⁵ Dei maledictione percussus in duplo Beate Marie omnia componat.

[...] scriptura donationis II nonas februarii, anno XXX regni Philippi regis.

Sig+num Guilielmi Lobatonis, qui hanc [scripturam donationis] fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num Guilielmi Gaucberti. Sig+num Berengari Petri. Petrus, diachonus +.*⁶

¹ Després hi ha un espai en blanc per a unes vuit lletres.

² *ut* està escrit sobre la línia.

³ *uniuersis* està escrit al damunt de *cunctis* que sembla expuntuat.

⁴ La primera o escrita damunt una e.

⁵ A continuació, un *pro* cancel·lat.

⁶ Al davant de *diachonus* hi ha un *sub* cancel·lat.

Guilielmus, qui [hanc] scripturam donationis scripsit et subscripsit⁷ die et anno quo supra.

⁷ Davant del signe amb valor de *subscripsit* hi ha l'inici d'un altre *signum* d'igual valor però sense concloure.

1090, febrer, 15

Ramon [Bonfill], jutge, i la seva muller Ricsens donen a Santa Maria de Vilabertran junt amb el seu afillat Ramon, clergue, un alou que tenen al comtat de Peralada, a les parròquies de Sant Julià de Rabós i de Santa Eulàlia de Noves, per compra feta a Jobert Guilbert i Adalgards, esposos; d'un camp que tenen prop de Clot de Mir i prop del riu Orlina, de cellers pròxims a l'esmentada església de Sant Julià, d'un mas enrunat de Rabós que tenen per la compra feta a Guillem Guillem, Guilbert Guillem i Ramon Guillem, germans, i d'una petita vinya situada a Cucurella; l'esmentada Ricsens confirma la donació que feu a Vilabertran d'un alou que posseeix per herència dels seus pares, Jobert i Estefania.¹

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9734, perg. 430.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 178.

⁴In Christi nomine. Ego Remundus, iudex, una cum Ricsendis, uxor mea, donatores sumus Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi cum nutrichito nostro Remundo, clerico, ipsum alodium quod tenemus et habemus in comitatu Petralatensi, infra parrochie Sancti Iuliani Rabidosi et Sancte Eulalie de Nouas, quod nos pariter emimus de Gaucberto Gilaberto et uxori sue Adalgardis, sicut resonat in nostre scripture emptionis. Insuper damus predicte Sancte Marie ipsum nostrum campum, quod nos habemus iuxta Clot de Mironis, prope riuum Orlina, et cellarios nostros, quod habemus iuxta iam dicta ecclesia Sancti Iuliani, et mansum destructum in uilla Rabidosi, quod nos pariter adquisiuimus de Guilielmo Guilielmi et Guilaberti et Reimundi Guilielmi, clerici, fratres, et ad ipsa Cucurella mediocram peciam uinee quod nos ibi habemus. Sicut superius scriptum est, de nostro dominio et potestate in ius et dominatione predicte Sancte Marie transfundimus siue deliueramus. Insuper ego Ricsendis, femina, dono predicte Sancte Marie ob remedium anime mee omnem hereditatem alodii qui mihi aduenire et contingere debent per uocem condam patris mei Gaucberti et ienitricis mee Estefania qui fuit et pro aliis parentorum meorum, ut Deus propicius sit mihi. Sicut superius est scriptum et in ista scriptura donationis continetur, sic damus Domino Deo et predicte [...] et de nostro ius in eius potestate transfundimus faciendi exinde quodcumque uolueritis ut fideliter possideant et

¹ Estefania degué ésser la primera esposa de Jobert Guilbert i Adalgards, la segona. Però hom diria que el doc. 209 hauria d'ésser posterior al present. Sembla evident que la cronologia habitualment fet servir no és encara prou segura.

teneant clerici predicte ecclesie omni tempore. Si quis hoc irrumpere temptauerit, in duplo² predicte ecclesie et clericis eiusdem componat, et insuper ut sacrilegus teneatur. Et inantea hec scriptura firmitatem obtineatur.

Acta est autem hec XV kalendas marci, anno XXX regni Philippi regis.³

Sig+num Remundi, iudicis SS,* sig+num Ricsendis, nos qui hanc scripturam donationis et largitionis firmauimus et firmare rogauimus.

Sig+num Laurentius, presbiter.*⁴ Sig+num Guilielmi Gaucberti. Sig+num Petri Remundi, clerici.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subcripsi die et anno quo supra.

² El final *lo* afegit sobre la línia.

³ C el data del dia 18 de juliol i no del 15 de febrer.

⁴ Fa la impressió que la essa final de *Laurentius* i l'abreviatura per a *presbiter*, *pbr*, s'han afegit en un segon moment.

1090, febrer, 18

Guillem Llobató fa testament, en el qual nomena marmessors, entre d'altres, Pere Pella i Ramon Udalguer; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega l'heretat que té al Camp de Passadores, dues parts de la coromina de Rotball, un alou situat a la parròquia de Sant Joan de Vilatenim i un mas a Viladamí. També li fa donació d'uns béns indeterminats, restants després d'haver fet altres disposicions.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9735, perg. 430.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 279.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 168.

₃In nomine Domini. Ego Guill[elmus Lubatonis] [...] meum taliter. Primitus [...] Petrus Pelle et Remundus Udalgarii [...] eius ut isti post obitum meum potestatem habeant [...]endi omnia mea, sicut hic inuenerint scriptum. In primis [...] his partibus obiero sepeliatur corpus meum in cimiterio [predicte Sancte Marie] Ville Bertrandi. Et dimitto predicte Sancte Marie de ipso Campo [...] uocant Passadures hereditatem meam. Et duas partes de ipsa condamina que uocant de Rudbal, duas partes. Et ips[um alodium] quod ego habeo in parrochia Sancti Iohannis de Villa Ti[mim], sicut resonat in ipsam scripturam donationis, quam fec[...] Marie. Et insuper dimitto iam dicte Sancte Marie ipsum [meum alodium] quod habeo in Villa de Ameliis cum suis tenutionibus. Et parte meam de ipsa fexa cum oliuariis, quam habeo in Ficulneis, ad ipsum Torrentem, dimitto sorori mea Andria cum aliis alodis, de quibus feci ei scripturam donationis. Et Arnallo Petri dimitto malliolo meo, quod plantauit [pater eius]. Et omne alium meum alodium et feuum dimitto Geraldo, fratri meo. Et donent predicti mei helemosinarii Sancto Petro de Ficharias et suis clericis sollidos III. Alios¹ [uero expletos de feuo et alio] meo remaneant predicte Sancte Marie. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Facto hoc testamento XII kalendas marci, anno XXX regni Philippi regis.²

¹ La o és el resultat de la transformació d'una o anterior.

² A continuació hi ha escrita la paraula *anno* per diplografia sense esmenar.

Sig+num Guillelmi Lubatonis, qui hoc testamentum fieri iussi et firmaui et firmari
rogaui.

Sig+num Arnalli Guanalgaudi. Sig+num Guillelmi Gaucberti. Sig+num Berengarii
Petri. Sig+num Petri Pelle.

Berengarius, leuita, qui hoc testamentum scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1090, febrer, 19

Ramon Guillem, vescomte de Rocabertí, i el seu germà Berenguer Guillem, abat de Sant Feliu de Girona, donen a Santa Maria de Vilabertran l'esglesia de Santa Maria del Camp, situada al bisbat d'Elna, al comtat del Rosselló, a la parròquia de Sant Pere de Paçà.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9877, perg. 456.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 18v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 210v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 169.

Decet omnes homines salutis consilio instructos oculo mentis occasum prefigere mortis et quibuscunque modis armis uirtutum erumne hostium preuenti infidelis eternum incurrat periculum et qui prius ad modicum disrupto carceris loco libertate gaudentes Dei poterant frui collegio nunc¹ quasi in nichilum redacti tetris et nefandorum spiritibus admixti in numero perpetua ultione incipiat multari iugentes in inferno. Quapropter ego Raimundus Guillelmi, uicecomes de Rocchabertino, uná cum meo fratre Berengario redimendorum nostrorum peccatorum oportunitatem querentes et inter concessam nobis hereditatem in terris de me coheredem et eius genitricem habere cupientes, donamus Domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Villa Bertrandi ecclesiolam Sancte Marie de Campo, que est in episcopatu Helenensi, in comitatu Rusilionensi, in parrochia Sancti Petri de Paciano cum omnibus que loco eidem a fidelibus christianis collatas sunt. Et nunc a nobis conferunt et ab aliis in futuro Deo inspirante conferenda sperantur. Sicut ergo predictus locus aduenit nobis per paternam hereditatem seu per aliam quamcumque acquisitionem et libere ad ipsam nostram proprietatem possidemus, sic hereditario iure sine ulla retinendi occasione tradimus prelibate Sancte Marie de Villa Bertrandi ad proprietatem et alodium cum [...]tate in perpetuum possidendum. Quisquis autem nostri generis aut alterius ad irrumpendam huius doni nostri paginam uenire temptauerit, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed sanctorum patrum sententiis ut fur sacrilegus subiaceat donec aut penitendo resipiscat aut emendando [...] componat. Et inantea hec scriptura iugiter firma permaneat.

¹ La u corregida sobre una o.

Acta autem hec scriptura donationis XI kalendas marci, anno XXX regni Philippi regis.

Sig+num Remundi Guillelmi, uicecomitis +, sig+num Berengarii Guillelmi, loci Sancti Felicis Gerunde abatis,* qui hanc scripturam donationis fieri iussimus et firmauimus et firmari rogauimus.

Sig+num Gaucberti Amblardi. Sig+num Balluini² Dalmacii. Sig+num Poncius Oliue. Sig+num Poncius Guifredi. Sig+num Bernardi Gundebaldi.³ Petrus, presbiter atque prelatus ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi, SSS.* Sig+num Bernardi Gunce[...]. Sig+num Remundi Rudballi de Campo Aurani.⁴ Sig+num Bernardi Gaucberti de Solaniis. Sig+num Bernardi Senegelli.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

² En el seu *signum* falta el puntet autògraf. D *Balluini*.

³ D *Gundobaldi*.

⁴ D *Rodballi*.

1090, febrer, 21

Ramon Guillem, vescomte, fa testament, en el qual nomena marmessors Pere, prelat de Santa Maria de Vilabertran, l'abat Berenguer Guillem, germà seu, Dalmau Berenguer, Ramon Adalbert i Guillem Esteve; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual deixa tota l'heretat que té a la parròquia de Cabanes i el violari que té pels seus clergues; l'església de Santa Maria del Camp, que té al Rosselló, així com el camp que ell i el seu germà tenen al costat d'unes cases de prop d'aquesta església i una vinya i rovira que té prop de la riera que passa entre la dita vinya i l'església, i un mas que ambdós germans tenen prop també d'aquesta riera, al lloc dit Soler, juntament amb un camp d'on sol fer una mitgera.

A: Original. Girona, ADG, Fons de Santa Maria de Vilabertran, perg. 38.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 19 i 36.

C: Transcripció parcial: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 289v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 170.

2Hec est scriptura testamenti quod facio ego Raimundus Guilielmi, uicecomes. Primitus precor ut sint helemosinarii mei, scilicet, Petrus, presbiter et prelatus Sancte Marie Ville Bertrandi, et Berengarius abbas, frater meus, et Dalmacius Berengarii et Raimundus Gerberti et Guilielmus Stephani, qui post obitum meum potentialiter atque fideliter distribuunt omnia mea, sicut in hoc testamento inuenerint ordinatum. In primis dimitto predictae Sancte Marie Ville Bertrandi omnem meam hereditatem alodii parrochie de Cabannis et insuper remaneat eidem ecclesie ipsum uiuolarium quod ego teneo per manus clericorum eiusdem et ecclesiam Sancte Marie de Campo, que est in Rusilionense, simul et ipsum campum quem habeo ego et predictus frater meus iuxta ipsas domos que sunt prope iam dictam ecclesiam suam et ipsam uineam cum ipsa riera quam habemus ibidem prope ipsam rieram que discurrit inter predictam ecclesiam et iam dictam uineam, et ipsum mansum cum alio mansiolo quos habemus prope iam dictam rieram, in loco qui uocatur Solarium, cum omnibus tenuitionibus et uniuersis sibi pertinentibus simul cum ipso campo, in quo ego predictus Raimundus migeriam soleo facere. Et Sancte Marie de Panicaris dimitto partem meam de uineis que uocant de Ruuirola et hereditatem meam de ipso manso, in quo habitat Petrus Rugerii, cum omnibus sibi pertinentibus. Et Sancto Michaeli de Rocchabertino dimitto ipsum mansum quem dimisit ei pater meus post obitum

Dalmacii Guifredi, qui eum tenet. Et dimitto ei hereditatem meam de ipso manso de Cantalubs et de sua mansiata. Et Sancto Petro cenobii Rodensis remaneat omnem meam hereditatem alodii de parrochia Expedulle. Et monasterio Sancti Cirici dimitto ipsas suas condaminas de Expedulla. Et predictum mansum quem dedit pater meus iam dicto Sancto Michaeli est in parrochia de Solanis et habitat in eo quidam Remundus Ermemiri. Et cenobio Sancti Saluatoris dimitto omnes usaticos et census et fortias et toltas, quas pater meus solebat habere et ego habeo in suis alodiis, que sunt infra meum honorem. Et ipsas uineas de Sancto Andrea, quas tenuit pater meus et ego teneo in parrochia de Villa Mulacha, remaneant pro dicto Sancto Andree.

Alia uero mea alodia: feuos, tenuitiones, baiolias, acquisitiones, quas modo habeo uel habere debeo uel ea que futuro tempore contingere mihi deuentur simul cum ipso castro de Rocchabertino cum uniuersis sibi pertinentibus quibuscunque sint locis dimitto predicto Berengario, fratri meo, et remaneat filiam meam in potestate Dei et tuitione et prouidentia predicti fratris mei.

Actum hoc testamentum VIII kalendas marci, anno XXX regni Philippi regis.

Sig+num Remundi Guilielmi, uicecomitis, qui hoc testamentum fieri iussi et firmaui et firmari rogauit.

Sig+num Gaucberti Amblardi. Sig+num Remundi Rudballi. Sig+num Bernardi Gaucberti. Petrus, presbiter, prelatu atque minister ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi, SSS.*

Berengaris, leuita, qui hoc testamentum scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1090, març, 11

Les germanes Ermengards i Bruniquell, dita Bruna, donen a l'església de Santa Maria que es construeix al Prat de Vilabertran un alou consistent en prats, garrigues, boscos i camps, i també l'heretat que per donació de llur mare Bergon, tenen als termes de la parròquia de Sant Vicenç de Cabanes, constituïda per masos, terres, vinyes i molins. Consta també la signatura de Pere Amell, possiblement germà seu.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9874, perg. 456.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 209.

[D]: Còpia del s. XVIII extraviada: *Notas per la justificació del decimar de Vilabertran*, p. 31–33.

E: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 164 i 172.

¶In nomine Domini. Ego Ermengardis et Brunisendis, cognomento Bruna, sorores, donamus Domino Deo et ecclesie Sancte Marie Virginis que construitur in Pratensi loco qui uocatur Ville Bertrandi ipsum alodium qui nobis aduenit [...] [in utilitate] predictae ecclesie. Continentur autem infra iam dictum alodium prata et paludes, garrice et bosci, pascua et [...], aqua et fontes, [...] et campi, culti et eremi. Terminantur autem [...] flumine Sambuce et fit inde discursus usque in fluuium Manibule, qui est a meridiana parte, et peruenit usque in [...] et peruenit usque ad [...] ibi [...] ab ipsa Mata que uulgo uocatur Peditaria. Quantum infra iam dictas affrontationes habemus uel habere debemus, tradimus et donamus predictae ecclesie [...] decimis [...] habemus et nos habere debemus in iam dicto alodio. Item donamus predictae ecclesie Sancte Marie ipsum alodium nostrum, scilicet, hereditates nostras que nobis adueniunt de iam dicta matre nostra Bergundis in parrochia Sancti Vincentii de Cabannes [...] mansos constructos et heremos, terras et uineas, prata et pascua, culta et herema, boscos et garrichas, fontes et aquas, molenaria atque gleuarias. Terminantur autem predicta alodia a parte orientis in terminos parrochie [...] de [...] et de meridie in termino parrochie Sancti Martini de ipso Far, de occiduo in termino parrochie Sancti Petri de Ficulneis uel Sancti Iuliani de Lercio, a parte uero circi in termino parrochie Sancte Marie et [...]. Quantum infra iam dictas quattor affrontationes habemus uel habere debemus de ipso alodio quod superius scriptum est, donamus et tradimus in ius et dominationem predictae ecclesie Sancte Marie et in potestate clericorum eiusdem [...] cum

omnibus sibi pertinentibus et adiacenciis uniuersis et cum exitibus et regressibus cunctis sine ullo retentu. Si quis autem hanc scripturam donationis nostre in aliquod uenerit ad minorandum uel inquietandum aut inrumpendum, ad nichilum ei proficiat, sed ut sacrilegus et [...] subiaceat [...] quadruplo prelibate ecclesie Sancte Marie et eiusdem canonicis. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta autem hec scriptura donationis V idus martii,¹ anno XXX regni Philippi regis.

Sig+num Ermengardis, sig+num Brunisendis, cognomento Bruna, sig+num Petri Amelii, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus et firmauimus et firmari rogauimus.

Sig+num Guilielmi Stephani. Sig+num Arnaldi, presbiteri. Sig+num Eimerici. Sig+num Petri, presbiteri. Sig+num Guilielmi Guilielm de Dur[...].

Sig+num Berengarii Petri, qui omnes directos et uoces [...]tates seu proprietates, quas modo habeo uel inantea requirere debeo qualicumque modo, trado, delibero atque confirmo de predicto alodio in dominationem et potestatem predictae Sancte Marie et clericorum [...].

Sig+num Berengarii Bernardi de Domo Noua. Sig+num Reimundi Iohannis. Sig+num Remundi Egfredi.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsit et subscripsit die et [...].

¹ B llegeix *noeuembris*.

1090, març, 12

Ramon Pere i la seva muller Guilla donen a Santa Maria de Vilabertran la dècima part dels fruits que obtenen en un alou del comtat de Peralada, dins els termes de la parròquia de Santa Àgata de Campmany, a la vila d'aquest nom, ja siguin pa, vi, carn, llana o lli, productes que un home haurà de collir per als seus clergues.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9876, perg. 456.

C: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 173.

5In Christi nomine. Ego Reimundus Petri et uxor mea nomine Guilla¹ donatores sumus Domino Deo et ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi ipsum decimum alodii nostri, quod habemus in comitatu Petralatensi, infra terminos [uille] Campi Magni et parrochie Sancte Agathe ecclesie predicte uille Campi Magni, tali tenore et ordine ut tam ex pane et uino et cunctis fructibus et carne et lana et lina² et omnibus ad usum hominum [pre]sentibus habeat predic[te ec]clesie Sancte Marie et suis [clericis] iam dictum decimum fideliter omni tempore et hominem predictis clericis colligat eum fideliter ad illorum opus. Aduenit nobis predicti Reimundi per uocem [pare]ntum meorum et ad m[e pre]dictam³ Guillam⁴ [per m]eum decimum. Sicut terminatur predictum alodium a parte orientis et meridiei siue occidentis atque circi, sic damus Domino Deo et predicte Sancte [Marie] et suis clericis prelibatum decimum, tam presentibus quam futuris, pro remedio animarum nostrarum ut ab odierno et deinceps secure et quiete possideant. Quod si nos donatores aut aliquis homo utriusque sexus uenerimus uel uenerint ad irrupendum, nil ualeamus uel ualeant, sed in triplo⁵ componamus uel componant, et, scriptura hec firma manente, ut sacrilegi iudicemur uel iudicentur.

Acta est autem hec scriptura donationis IIII idus marci, anno XXX regni Philippi regis.

¹ *nomine Guilla* afegit en un segon moment.

² L'escrivà inicialment va escriure *linum*.

³ La a és una transformació d'una e anterior.

⁴ *Guilla* afegit en un segon moment.

⁵ Damunt de la pe hi ha una i afegida que és sobrerera.

Sig+num Remundi Petri, sig+num Guilla,⁶ qui hanc scripturam donationis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Gaucberti Mironis. Sig+num Reinalli. Sig+num Bernardi Senegelli de Campi Magni. Sig+num Petri Gundemari. [Ioha]nnes.⁷

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

⁶ *Guilla* afegit en un segon moment.

⁷ Des de *Gaucberti Mironis* fins a *Iobannes*, tots els *signa* i els noms han estat afegits en un segon moment.

1090, març, 21

Pere Seguer dóna a Santa Maria de Vilabertran un mas i bosc que té al comtat de Besalú, a la parròquia de Santa Maria de l'Estela; fa aquesta donació com a herència del seu fill Bernat, clergue.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 230v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 174.

12 kalendas aprilis, anno 30 regni Philipi regis. Ego Petrus Segarii donator sum Domino Deo et Sancte Marie de Villabertrandi alodium meum proprium, id est, mansum unum quem ego habeo in comitatu Bisuldunensi, in parroquia Sanctae Mariae de Stella, etc. Item un bosch: haec predicta omnia de meo iure trado in potestatem iam dictae Sanctae Mariae pro hereditate filii mei Bernardi clerici.

Esta escritura es de letra de nuestro venerable Pere Rigau, el cual firma: Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsi et sub die et anno quo supra.

1090 abril 13

En el plet suscitad entre Pere Rigall, prelat de la comunitat de Santa Maria de Vilabertran, d'una banda, i Guillem Guillem de Vilatenim, d'una altra, sobre els delmes i les primícies d'uns alous que havien estat de Bonadona i de Bernat de Montroig, hom sentencia sobre el millor dret de Santa Maria de Vilabertran, i Guillem Guillem, defíneix els drets reclamats a canvi de 60 sous de diners.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9679, perg. 159.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 214v.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 175.

Notum esse uolumus cunctis hominibus, tam presentibus quam futuris, altercationem quam Petrus prelatus et clerici Sancte Marie Ville Bertrandi habuerunt cum Guillelmo Guillelmi de Villa Timim, ipso Guillelmo asserente numquam se dixisse aut promississe aut fideiussores dedisse quod firmaret cartam euacuationis et deliberationis de primiciis alodiorum condam Bonedonne femine et Bernardi Montis Rubei et suorum heredum, sicut in ipsa carta euacuationis continebatur, quam illi predicti clerici ostendebant et tandiu se huiusmodi altercationibus prouocauerunt donec peruentum est ad iudicium Berengarii, Gerundensis episcopi, ante fores ecclesie Sancte Marie, in presentia multorum hominum qui ibi aderant. Iudicauit denique prephatus episcopus quod, si predictus Petrus prelatus et clerici possent probare per testes quod Guillelmus predictus dixit et promisit et fideiussores dedit euacuandi et difiniendi, predictas primicias ex predictis alodiis Bonedonne scilicet et Bernardi Montis Rubei et suorum heredum, sicut in predicta carta euacuationis continebatur, firmare deberet ipsam cartam Guillelmus sine ullo engan et amittere lucrum, quod iam inde acceperat, ut eam firmaret, id est, LX solidos denariorum et duplicare omnes fructus qui inde exierant. Et sic postmodum Sancte Marie et suis clericis satisfacere debere. Et hoc Guillelmus adqueuit, sed postea minime facere uoluit. Permanente uero Guillelmo in huiusmodi iniusticia hoc clericis semper querelantibus euntes constrinxerunt se fideiussoribus in manu et potestate Gaucefredi Segarii ita comprobari per testes, sicut superius scriptum est. Non multo post uenit prephatus Petrus et clerici et ante Gaucefredum Segarium et Dalmacium Ramundum et Berengarium Ramundum et alios quam plurimos in loco qui dicitur Petrafitia. Ostenderunt testes quos superius diximus, scilicet, Guillelmum Stephanum et Ramundum Girbertum, qui hoc

testantes et iurantes super altare Sancti Agustini dixerunt: 'Nos uidimus et audiuimus quando predictus Guillelmus definiuit atque euacuauit in potestate predicti Petri, prelati, cunctas primicias ex alodiis predicte Bonedonne et Bernardi Montis Rubei et suorum heredum in uilla de Cabannes, in domo scilicet Dalmacii Berengarii. Et conuenit firmare in potestate Sancte Marie et suorum clericorum, sicut in iam dicta scriptura euacuationis continebatur, et simili modo conuenit facere filio suo Berengario. Et ita uerum esse fatemur per supranexum iuramentum'. Et pro hoc accepit Ramundus Guillelmi, uicecomes, a predicto Petro, prelato, mulam unam optimam, quam condam Berengarius, archileuita Gerunde, dimisit predicte Sancte Marie. Quapropter ego Guillelmus accipiens iam dictos testes una cum filio meo Berengario confirmo atque definio predictas primicias prelibate Sancte Marie et suis clericis, tam presentibus quam et futuris, omni tempore possessuri. Si quis hoc irrupere temptauerit ut sacrilegus hec componat Domino Deo et Sancte Marie et suis clericis et postmodum hoc firmum permaneat.

Actum est hoc idus aprelis, anno XXX regni Philippi regis.

Sig+num Bernardi Odonis, sig+num Arnalli Mironis, sig+num Guillelmi Guifredi, sig+num Berengarii Bernardi, sig+num Remundi Arnalli, sig+num Arnalli Remundi, sig+num Berengarii Ademari, sig+num Berengarii Bernardi, filii Bernardi Odonis, sig+num Geraldii Soniari, sig+num Guillelmi Sinfredi, sig+num Petri Sinfredi, sig+num Remundi Odonis, sig+num Berengarii Remundi de Auinione, qui hoc uiderunt et audierunt et testes inde existunt.

Berengarius, leuita, qui hoc scripsit, subscripsit die et anno prefixo.

1090, abril, 28

Maria dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran una terra situada a la parròquia de Santa Maria de l'Om.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 163v.

“In sacco inscripto Priorat de Salom”

Donatio facta per Mariam dictae ecclesiae Sanctae Mariae de Villabertrandi de quadam terra sita in parrochia dicte Sanctae Mariae de Ulmo.

4 chalendas madii, anno 30 regnante Philippo rege.

n. 24

1090, maig, 21

Arsèn i el seu fill Berenguer Bernat donen a Santa Maria de Vilabertran la meitat d'un mas situat al comtat de Besalú, a la vila de Figueres, en el qual viu Pere Eroig.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10036, perg. 171.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 44v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 176.

ꝞIn Christi nomine. Ego Arsendis femina et filius eius, Berengarius Bernardi, donamus Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium nostrum proprium, quod abemus et tenemus, id est, medietatem unius mansi cum omnibus suis pertinenciis, qui est in comitatu Bisildunensis, in uilla que dicitur Ficharias, in quo abitat Petrus Eruigi. Aduenit autem nobis predictum alodium per comparacionem uel per qualescumque uoces. Sicut autem afrontat medietas predicti mansi cum suis pertinenciis, terris, uineis, oliuariis, arboribus [d]iuersi generis, cum omnibus que dici uel nominari possit a parte orientis, occidentis, meridiei et circi, sic donamus propter Deum et remedium anime nostre predictae Sancte Marie, et a nostro iure et suo dominio et potestate tradimus¹ in perpetuum et suorum sibi seruencium possidendi sit alodium. Si quis hanc scripturam donationis tam nostri generis quam² alicuius uenerit ad irrumpendum, nil sibi proficiat, sed predicta omnia in duplo componat iam dicte Sancte Marie et suis clericis. Et postmodum hec scriptura firma permaneat.

Acta autem est hec scriptura donacionis XII kalendas iuni, anno XXX^o regni Philippi regis.

Sig+num Arsendis, femine, sig+num Berengari, filli eius, qui hanc scripturam fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Berengarius, leuita.* Sig+num Laurentius, leuite.* Sig+num Bernardi Sancii.

¹ A continuació hi ha unes quatre lletres esborrades.

² La a i la ema afegides sobre la línia.

Petrus, leuita, qui hanc scripturam donacionis scripsit, subscripsit die annoque prefixo.

1090, [juny, 23]

Guillem Adalbert i Guilla, esposos, donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran un alou que tenen al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Esteve de Guialbes, a la vila dita Olives, abans anomenada Vila d'Oriol, consistent en el mas on viu Pere Ramon, unes cases prop de l'església de Santa Maria de les Olives i la meitat d'un clos, l'altra meitat del qual pertany al monestir de Sant Esteve de Banyoles, junt amb uns petits masos. Tot ho donen com a herència de llur fill Bernat, que lliuren a l'esmentada església de Santa Maria per tal que en sigui canonge. Confirma aquesta donació Ramon Guillem, germà del susdit Bernat.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9701, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 19 i 44v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 293v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 181.

7In nomine Domini. Ego Guilielmus Adalberti et uxor mea Guilla donatores sumus aecclies Sancte Marie Villae Bertrandi. Manifestum est enim quia placuit animis nostris et placet scripturam donationis fecisemus, sicuti et facimus, Domino et Sancte Genitrici Marie de ipso alodio quod abemus in comitatu Gerundensi,¹ infra parrochiam Sancti Stephani, in uilla scilicet que uocatur Oliuas, que olim uocabatur Villa Aureoli, et in eodem adiacenciis. Aduenit nobis predictum alodium de parentibus uel pro qualicunque uoce et auctoritate. Predictum uero alodium, scilicet, mansum,² in quo abitat quidam Petrus Remundi cum omnibus que tenet, scilicet, terris et uineis, arboribus, pascuis, aquis et cum omnibus sibi apendentibus simul cum ipsis dominibus quas abemus prope a<e>ccliesiam Sancte Marie de predicta uilla; necnon et porcionem³ illam quam habemus uel habere debemus in predicta aeccliesia Sancte Marie cum ipsa medietate clausi, unde alia medietas est de Sancto Stephano Balneolensium, et cum ipsis mansiunculis que ibi hab[entur], donamus et tradimus Deo et Sancte Marie iam dicte sine ullo retentu pro hereditate filii nostri Bernardi, quem damus aeccliesie Sancte Marie iam dicte ad canonicum cum omnibus affrontationibus et uniuersis sibi pertinentibus et cum exitibus et regressibus cunctis. Si quis autem hanc scripturam donationis uenerit ad inrumpendum, non ualeat

¹ La i està escrita sobre la e, tot i que aquesta no ha estat cancel·lada.

² La u està escrita sobre una o.

³ La ce està escrita sobre la línia.

uendicare quod requisierit, set ut sacrilegus componat iam dicta omnia Sancte Marie Ville Bertrandi et suis clericis inibi manentibus. Et insuper haec scriptura donationis firma et stabilis sit in perpetuum.

Facta est autem haec scriptura donationis, anno XXX regnante Philippi rege.⁴

Sig+num Guillelmi Adalberti, sig+num Guisle, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Guilielmi Bernardi. Sig+num Remundi Guilielmi, fratris Bernardi iam dicti. Sig+num Gaucefredii Camarii. Sig+num Iohannis Petri. Sig+num Dalmacius Guilielmi. Sig+num Petri Guilielmi. Guilmus, presbiter.* Sig+num Adalberti, presbiteri.* Sig+num Remundi, iudicis, SSS.*

SSS. Bernardus, clericus, qui ista scriptura donationis rogatus scripsit die et anno quo supra.

⁴ C el fa del 9 *kalendas julio, an. 30 regn. Philipo rege*, o sia, del dia 23 de juny de 1090. El regist del P. Jaume Pasqual acaba amb aquesta informació: *esta iglesia de Santa Maria es en dicho vecindario de Olivas, parroquia de San Esteban de Guialbas, antes de ecclesiis aliis, y fué casa unida al cabildo de la catedral de Gerona y en el reside un prior amovible ad nutum de dicho cabildo. Y la referida donación la hacen pro hereditatem filii mei Bernardi damus ecclesia Sancta Maria iam dicta ad canonicum*. Segurament, aquest regist es basa en un duplicat en el qual devia constar la data del dia i del mes.

1090, octubre, 18

Jobert Llobet dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran l'alou situat a la parròquia de Sant Martí de Peralada.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Gaucbertum Lobeti dicte ecclesie de alodio sito in parochia Sancti Martini Petrelate.

15 chalendas novembris, anno 31 Philippi regis.

n. 125

1090, novembre, 1

Jofre Bernat dona a Santa Maria de Vilabertran un alou situat al comtat de Perelada, a la parròquia de Santa Àgata de Campmany, format per dos masos, un habitat per Esteve Miró i l'altre per Renall. Fa aquesta donació per remissió dels seus pecats i per dues lliures de plata que reconeix haver rebut dels clergues de Vilabertran. El prelat de Vilabertran, Pere Rigall, i els seus clergues cedeixen a Jofre Bernat el mas on viu Esteve Miró de son vivent a canvi de tributar anualment el delme de la carn i dels horts.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9700, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 180.

ꝞIn Christi nomine. Ego Gaucefredus Bernardi dono Domino et eius Genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi alodium quod habeo et teneo in parrochia Sancte Agathes de Campo Magno et in comitatu Petralatensi, scilicet, mansos duos cum illorum tenuitionibus, unum uidelicet, in quo habitat Stephanus Mironis, et alterum, in quo habitat Reinaldus, qui etiam adueniunt mihi per uocem parentorum meorum uel alios quoscumque modos. Hoc autem predictum alodium, scilicet, predictos mansos simul cum eorum pertinentiis, terris, uineis, cultis et heremis, arboribus diuersi generis, aquarum ductibus et reductibus, cum omnibus que dici uel nominari possunt, sicut concluduntur et terminantur a parte orientis et occidentis, meridiei et aquilonis una cum exitibus et regressibus uniuersis dono, delibero atque definio iam dicte Sancte Marie et a meo iure in illius dominium et potestatem trado ad perpetim fruendi alodium propter Deum et remissionem peccatorum meorum, et propter duas libras plate, quas a clericis prelibate ecclesie Sancte Marie accepi. Et est manifestum. Si quis uero hanc scripturam uoluerit irrumpere, non hoc ualeat uendicare¹ quod requisierit, sciat se eternis supliciis perempturum et compositionem sue temeritates secundum quod leges habent non euasurum.

Acta est autem hec kalendas nouembris, anno XXXI regni Philippi regis.

¹ Inicialment, l'escriba va escriure *uendicauer*, però sense cancel·lar la sí·l·laba *uer* va afegir al damunt la sí·l·laba *re*.

Sig+num Gaucefredi Bernardi, qui hanc scripturam fieri iussi, firmaui, firmare et testes rogavi.

Sig+num Gilielmi Gifredi. Sig+num Petri Macót. Sig+num Gilielmi Gaucberti. Sig+num Berengarii Petri. Sig+num Petri Campi Magni. Sig+num Petri Godmari.

Guilielmus, subdiachonus, qui hanc scripturam donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

Et hoc notum esse uolumus omnibus hominibus qui hec audierint uel legerint quoniam ego Petrus, prelatus iam dicte ecclesiae, una cum clericis ibi degentibus concedimus et propria manu largimur² predicto Gaucefredo iam dictum mansum, in quo habitat Stephanus Mironis, in uiuolarium,³ retento decimo carnis que inde exierit et decimis ortorum propter tenuitionem in uita eius. Post mortem uero suam reuertatur ad predictam Sanctam Mariam et ad clericos illius absque ulla diminitione et absque occupatione, quam inde minime faciat ipse Gaucefredus.

² Inicialment, va escriure *largimus* i després va posar l'abreviatura de *ur* al damunt sense cancel·lar el final *us*.

³ *uiuolarium* escrit sobre la línia.

1090, novembre, 28

Els marmessors de Balduí donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran el mas i les terres situades a la parròquia de Sant Feliu de Calabuig i Sant Sadurní d'Arenys, al Puig de Llobató.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per elemosinarios Ballium dicte ecclesie de manso et terris sitis in parrochia Sancti Felicis de Calapodio et Sancti Saturnini de Arenariis, in ipso Podio de Lobatono.

4 chalendas decembris, anno 31 Philippi regis.

n. 236

1091, gener, 17

Guillem Guanalgod defineix a Santa Maria de Vilabertran tots els drets que pretenia tenir sobre una trilla i un noguer que hi ha a la mateixa trilla, situats a la parròquia de Santa Margarida de Bianya, a l'indret anomenat Conangles.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5541, perg. 49.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 182.

₂In Christi nomine. Ego Guilielmus Guandalgodi deffinio, delibero atque euacuo, Domino Deo et sue Genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi omnis uoces et directos quos dicebam me habere in ipsa trilia et in ipsa nucharío,¹ que in eadem trilia est, que in parrochia Sancte Margarite de Biania est, ad ipsum locum qui dicitur Conangulos.

Acta est hec deffinitio XVI kalendas februarii, anno² XXXI regni Philippi regis.

Sig+num Guilielmi Guannalgodi, qui hanc deffinitionem, deliberationem atque euacuationem fieri iussi et firmare rogauit.

Sig+num Berengarii. Sig+num Guilielmi Gauberti. Sig+num Bernardi Sancii. Pontius Audegarius, presbiter; Miro, presbiter; Raimundus, presbiter, qui hoc uidimus.

Guilielmus, subdiachonus, qui hanc deffinitionem scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

¹ La u escrita damunt una o que no ha estat cancel·lada.

² La a està escrita damunt la sí·l·laba *iu*.

1091, gener, 18

*Guillem Oliba dóna a Santa Maria de Vilabertran l'alou que té al comtat de Peralada, a la parròquia de Pedret, que afronta a orient amb el camí que va de Castelló a Marçà, a migdia amb el camí de Pedret a Vilanova, i a tramuntana amb la "strada romanica" que va a Peralada.*¹

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

[C]: Còpia autèntica de 1625 extraviada: *Donacions*, fol. 61.

D: Transcripció de l'escatocol: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 183.

B

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Guilielmum Oliba dicte ecclesie de alodio sito in parochia Sancti Stephano de Padreto.

15 chalendas februarii, anno 31 Philippi regis.

n. 122

D

Acta est autem hec XV kalendas februarii, anno XXXI regni Philippi regis.

S. Guilielmi Olive, qui hanc scripturam donationis fieri iussi, firmavi firmarique rogavi.

S. Primi Salomonis. S. Berengarii, levita (*s. manu*). S. Petrus, presbiter atque prelatu (*s. manus*).

Guilielmus, subdiachonus, qui hanc scripturam donationis scripsi et sub (*s. man.*) die et anno quo supra.

¹ Les informacions complementàries, les dóna D en el seu regest.

1091, gener, 20

Ermengards dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas situat a la parròquia de Sant Martí de Queixàs, al lloc anomenat Olmeda.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Ermengardim dicte ecclesie de manso uno sito in parochia Sancti Martini de Quexanis, in loco qui dicitur Ulmeta.

13 chalendas februarii, anno 31 Philippi regis.

n. 128

1091, març, 24

Sicards, vídua i marmessora de Ramon Jobert, juntament amb Mir Guillem i Balduí Guillem, marmessors com ella de l'esmentat Ramon, mort en viatge al Sant Sepulcre, lliura a l'església de Santa Maria de Vilabertran dues parts d'un llíuar situat al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Julià de Rabós, i mig camp dit de Cils, situat a la mateixa parròquia.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9615, perg. 79.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 184.

5In nomine Domini. Ego Sicardis, uxor et elemosinaria condam Reimundi Gaucberti et Dalmacius Berengarii et Remundus Bonifilii et Remundus Guilielmi, iudices, et Miro Guilielmi et Balluinus Guiliemi, elemosinarii predicti condam Remundi, qui obiit in itinere Sancti Sepulcri, donatores atque deliberatores sumus Domino Deo et Sancte Virgini Marie, que ueneratur apud ecclesiam Ville Bertrandi. Donamus atque deliberamus nos predicti elemosinarii prelibate ecclesie Sancte Marie illud alodium quod dimisit illi predictae Remundus pro remedio anime sue, scilicet, ipsum linare quod ille habebat in comitatu Petralatensi, infra terminos parrochie Sancti Iuliani de Villa Rabidosi, quod illi adueniebat de parentibus suis. Et abet affrontaciones ab oriente in linario Remundi Ademari et fratrum suorum, et de meridie in orto predictae Sancte Marie, ab occidente in alodio predictae Sancte Marie, ante hostium uidelicet molendini sui, de parte uero circi in linare Remundi Ademari et uxori Arnall. Quantum predictae affrontaciones includunt, donamus et tradimus atque deliberamus uice et iussione predicti Remundi in postestatem et dominium prephate ecclesie Sancte Marie et clericorum eiusdem, scilicet, duas partes de predicto linario cum omnibus sibi pertinentibus sine ullo retentu. Et in alio loco in iam dicta parrochia dimisit in suo testamento medietatem suam de ipso campo qui nominatur de Ciliis. Et habet affrontaciones a parte orientis in uia que ducit de predictae Villa Rabidosi ad Petralatam, et de meridie in strata de occiduo in campo quod appellatur de Infirmis, de parte circi in feuo predicti Remundi Gaucberti. Quantum his predictis affrontationibus includuntur, tradimus et deliberamus in ius et dominationem predictae Sancte Marie, scilicet, duas partes de predicto linarii et medietatem de iam dicto campo, sicut scriptum est in testamento iam dicti condam Remundi cum omnibus eorum exitibus et regressibus cunctis et sibi

pertinentibus uniuersis sine ullo retentu. Et si quis hanc scripturam deliberationis ad irrumpendum uenerit, nichil ei proficiat, set ut sacrilegus prenominata omnia prelibate ecclesie componat. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta hec scriptura nono kalendas aprelis, anno XXXI regni Philippi regis.

Sig+num Sicardis. Sig+num Dalmacii Berengarii. Sig+num Balluini Guilielmini. Bernardi Gauberti. Petrus, presbiter atque prelatus.* Raimundus, iudex, SS.* Sig+num Remundi, iudicis.* Sig+num Ademari Giriberti. Sig+num Stephani Stephani. Sig+num Guilielmi Poncii. Sig+num Poncii Adalberti. Sig+num Bernardi Remundi.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam deliberationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1091, abril, 16

Jobert, Adalbert, Alquer i Guillem Jobert, fills de Jobert Sonifred, i Adaleds, la seva vídua, actuant com a marmessors seus, donen a Santa Maria de Vilabertran un alou, consistent en un clos amb parets, situat al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Vicenç de Cabanes, amb la que condició que ells i la seva posteritat ho tinguin per la susdita canònica a canvi de tributar anualment la tasca i el braçatge dels esplets.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9699, perg. 456.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 185.

¶In nomine Domini. Nos simul in unum, condam Gaucebertus Sinfredi manumissores, scilicet, Gaucberti, Adalberti et Alcharii et Guilielmi Gaucberti, filii sui, et Adalaidis, que fuit ipsius Gaucberti Sinfredi uxor, facimus hanc scripturam donationis Domino et Sancte Marie Ville Bertrandi de quodam alodio, id est, clauso uno cum ipsas parietes et cum ipsa omnia que ibidem est, qui nobis aduenit per comparationem uel per qualescumque uoces. Mandauit autem nobis predictus Gaucbertus Sinfredi, dum adhuc uiueret et in sua plena memoria ac loquela esset, quando moritur suos manumissores ut scriptum donationis de predicto alodio Domino et prescripte eius Genitrici fecissimus, sicuti et facimus, nullam falsitatis machinantes occasionem, sed in omnibus suam implentes iussionem. Est autem predictum alodium in comitatu Petralatensis, infra terminos parrochie Sancti Vincentii de Cabannes. Et affrontat a parte orientis in ipsa carraria qui pergit ad Sambuce et habet dextros I et pass, de meridie in alodio de Oliba et de uxori sue Aua, qui est deguticio de nostro domo et abet dextros VI et pass, et de occiduo in terra de Aua, que nucupat Bergon et habet dextros III et pass, et de circi in domo de Iohanne in ipsas suas parietes et habet dextros VIII et alnas II, et ipse dexter habet alnas [...] uncias maiores et medium pede. Quantum iste III^{or} affrontationes includunt, totum ab integre, sine ulla retinendi occasione donamus et tradimus in iure et dominatione iam dicte Sancte Marie ad proprium alodium ut habeat et teneat et possideat in eternum. Et ipsa alodia teneat uxor predicti Gaucberti Sinfredi qui fuit et filiis suis quandiu uixerit, et donent predicte Sancte Marie tascham et brassaticum de ipsis fructibus qui ibi fuerint. Et post eius obitum teneant posteri uestri et faciant similiter. Si quis hanc scripturam donationis uenerit

ad irrupendum, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, maledictionem omnipotens Dei incurrat et cum Dathan et Habiron participationem in inferno accipiat nisi predictum alodium aut emendando composuerit aut penitendo satisfecerit.

Acta est autem hec XVI kalendas mai, anno XXX^o 1^o regni Philippi regis.

Sig+num Gaucberti [...], sig+num Alcher, sig+num Guilielmi Gaucberti, sig+num Adalaidis, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Petri Gundemari. Sig+num Petri Adalberti, qui dicunt Mascot. Sig+num Bernardi Sancii. Sig+num Remundi¹ Guilielmi.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

¹ Escrit *Reremundi* per diplografia.

1091, abril, 21

Guillem Oliba i la seva esposa Elliards donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran un alou situat a les parròquies de Santa Maria de Cistella i de Sant Feliu de Lladó.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Guilielmum Olibam et uxorem suam Eliardim dicte ecclesie de alodio sito infra terminos Sancte Marie de Cistella et Sancti Felicis Latonis.

12 chalendas maii, anno 31 Philippi regis.

n. 124

1091, abril, 24

Adaleds defineix a Santa Maria de Vilabertran els seus drets sobre l'alou que havia estat de Bergon i que l'atorgant, junt amb el seu marit, Ramon Guillem de Rocabertí, vescomte, compraren a Berenguer Pere, fill de l'esmentada Bergon, ja difunta, situat al comtat de Peralada, al terme de Cabanes, a la parròquia de Sant Vicenç. Fa aquesta definició en remissió dels seus pecats i a canvi de dues lliures de plata, un mul valorat en altres dues lliures i per cinquanta sous. Signa també aquesta evacuació Berenguer Oliba.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9698, perg. 438.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 36.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 186.

7In Christi nomine. Ego Azalaizis, femina, obtinere cupiens meorum peccatorum remissionem et gloriose Dei Genitricis interuentu celestis regni participationem definio atque euacuo omnipotenti Deo et predictae sue Matri Sancte Marie uidelicet Ville Bertrandi et clericis ibi degentibus omnes directos et auctoritates, quos habeo uel habere debeo in alodio quod fuit condam Bergundis, femine, et ego emi de suo filio Berengario Petri cum uiro meo, scilicet, Remundo Gilielmi, uicecomite. Prefatum uero alodium sunt mansi cum casalibus, orti et ortales, terre atque uinee, arbores diuersis (*sic*) generis, prata uel pasqua, garrice et bosci, aquales et palúdes, molendina atque glebarie, aquae et fontes, cultum et heremum, montuosum seu decliuum. Sunt autem hec omnia in comitatu Petralatensis, infra terminos et fines de uilla que uocatur Chabannes, in parrochia Sancti Vicentii uel in adiacenciis predictae Ville Bertrandi seu Ville Timím. Et affrontant predicta omnia a parte orientis in parrochia Sancti Martini de Petralata et peruenit usque in parrochiam Sancti Stephani de Villa Sacra, que est a parte meridiei, et fit inde discursus usque in parrochiam Sancti Martini de Faro et peruenit usque in parrochiam Sancti Petri de Fichariis, que est a parte occidentis, seu in parrochiam Sancti Iuliani de Lercio et peruenit usque in parrochiam Sancti Martini de Miseracho,¹ que est a parte circi. Quantum infra predictas affrontationes includitur uel habetur de prelibato alodio condam Bergundis prephate, quod ego et predictus uir meus Remundus emimus de Berengario prescripto, ipsius filio, totum ab

¹ La hac està afegida sobre la línia.

integro, sine ulla retinendi occasione, definitio atque euacuo prelibate Sancte Marie et suis clericis tam pro remissione, ut dictum est, peccatorum meorum quam etiam per duas libras de plata et per unum mulum ualentem alias duas libras et per quinquaginta solidos. Et per ipsum alodium, scilicet, unum mansum, qui est in parrochia Sancti Laurenti de Sambucia, in loco qui nominatur Posada, cum tertia parte de boscis et uineis que non sunt de mansis, que per manus predictorum clericorum Sancte Marie accipimus, ego predicta Adalaizis et Berengarius Oliba ut teneamus et posideamus diebus quibus uiuituri sumus, et sicut sit nobis licitum in aliorum potestatem transmutare. Et post obitum nostrum reuertantur, scilicet, predictum mansum cum predictis boscis et uineis sine ulla diminutione ab integro. Predicta uero omnia, sicut superius concluduntur atque terminantur, libenti animo et spontanea uoluntate euacuamus atque definimus in potestatem et dominium ecclesie prelibate Sancte Marie et clericorum eiusdem cum omnibus sibi pertinentibus seu cum exitibus et regressibus uniuersis. Si quis autem hanc scripturam nostre euacuationis et definitionis uenerit ad irrumpendum, ad nichilum ei proficiat, sed ut sacrilegus componat prenominata omnia ad ecclesiam iam dicte Sancte Marie et clericos eiusdem. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta hec scriptura definitionis VIII kalendas mai, anno XXXI regni Philippi regis.

Sig+num Adalaidis, sig+num Berengarii Oliue, qui hanc scripturam euacuationis et definitionis fieri iussimus et firmauimus et firmare rogauimus.

Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Poncius Oliue. Sig+num Petri Remundi. Sig+num Arnalli Fulchonis. Sig+num Bernardi Arnalli. Sig+num Petrus Deusde. Sig+num Berengarii Remundi. Sig+num Pere Remun. Sig+num Remundi Gilielmi. Sig+num Bernardi Remundi. Sig+num Gilielmmi Gaucberti.

Berengarius, leuita, qui hanc scriptura euacuationis et definitionis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1091, juliol, 23

Pere Onofre i la seva muller Maria donen a Santa Maria que es venera a Vilabertran un mas situat al territori de Besalú, als termes de la parròquia de Santa Maria de Cistella, a l'indret anomenat Torrent.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9878, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 192.

5In nomine Domini. Ego Petrus Onofredi et uxor mea Maria donatores sumus Domino et Sancte Virgini Marie. Placet enim nobis ut spontanea uoluntate libenter mereemur de terrenis caelestia et animabus nostris adquiramus hereditatem eternitatis. Quapropter nos predicti Petrus et Maria donamus Domino Deo et ecclesie prelibate Sancte Marie, que ueneratur apud Villam Bertrandi, ipsum alodium quod nos habemus in territorio Bisildunensi, in parrochia Sancte Marie de Cistella, in loco qui uocatur de Torrente, scilicet, nostram hereditatem de ipso manso cum omnibus terris et uineis sibi apendentibus et cum arboribus et uniuersis sibi pertinentibus et cum omnibus affrontationibus et exitibus et regressibus cunctis pro remissione nostrorum peccaminum et animarum genitorum nostrorum. Que uero predicta omnia de nostro iure tradimus in potestatem et dominium predictae ecclesie Sancte Marie et clericorum eiusdem cum ceteris uniuersis que habemus in iam dicta parrochia. Si quis uero hanc scripturam nostre mercedis et donationis ad inrumpendum uenerit, uelut sacrilegus et transgressor emendet ad prelibatam ecclesiam et, nisi resipuerit et emendauerit, deleatur memoria eius de Libro uite. Et inantea hec scriptura stabilis permaneat omni tempore.

Acta hec scriptura donationis X kalendas augusti, anno XXXII regni Philippi regis.

S+ignum Petri Onofredi, s+ignum Marie, qui hanc scripturam nostre mercedis fieri iussimus et firmari rogauimus.

S+ignum Bernardus Petri. S+ignum Berengarius, presbiter. S+ignum¹ Petrus, presbiter, prelatu atque minister predictae ecclesie, SSS.*

¹ Aquest *signum* ha quedat sense els punts perquè a continuació ve la signatura autògrafa de Pere Rigall.

Petrus, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.²

² Es nota cada vegada que l'escrivà suca la ploma al tinter per la intensitat de la tinta.

1091, octubre, 7

Sesmon dóna a Santa Maria de Vilabertran una peça de terra que té al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Pere de Figueres, sota la Calçada, a l'indret anomenat el Clot de Guillem Sonifred. Signa també la conformitat la seva esposa Adaleds, i alhora les germanes i, sens dubte, filles dels atorgants Sança, Maiença, Maria, Egilsèn, Bonadona i Guilla.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9879, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 187.

¶In nomine Domini. Ego Sesmundus donator sum Domino Deo et eius Genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi. Manifestum est enim quia placuit anima mea et placet ut scripturam donationis fecissem,¹ sicuti et facio, de alodium meum proprium, id est, pecia I de terra, que mihi aduenit per uoces parentorum meorum aut per qualescumque uoces. Est autem predictum alodium in comitatu Petralatensi, infra parroechia Sancti Petri de Ficarias, subtus ipsa Calciata, in locum uocitatum ad ipso Cloto de Guilielmo Seniofredi. Abet autem affrontationes iam dicta terra a parte orientis in alodio predictae Sancte Marie et de meridie in terra Bonifilii Sesmundi et de occiduo in alodio Sancti Petri et Sancti Primi de Bisilduno, a parte circi in alodio Sancti Petri cenobii Rodensis. Quantum predictae affrontationes includunt et terminant, sic trado et dono in potestate Dei et predictae Sancte Marie et suorum clericorum pro remedio anime mee et parentibus meis sine ulla reseruacione cum omnibus sibi pertinentibus. Si quis hanc scripturam donationis uenerit ad irrumpendum, nil ualeat, sed componat prenominatum alodium in triplo cum sua melioratione. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta est autem hec nonas octobris, anno XXXII regni Philippi regis.

Sig+num Sesmundi, qui hanc scripturam donationis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau. Sig+num Azalaidis, qui hanc scripturam donationis collaudo et firmo² et pariter cum predicto uiro meo presentibus testibus firmare iubeo.

¹ El final *ssem* està afegit en un segon moment.

² *collaudo et firmo* s'han afegit en un segon moment.

Sig+num Bernardi Vincentii. Sig+num Lubatoni de Coma. Sig+num Bernardi Sesmundi. Sig+num Poncii Suniarii. Sig+num Sancia, sig+num Maiencia,³ sig+num Maria, sig+num Eggilsendis, sig+num Bonadonna, sig+num Gilla, nos, sorores, qui hanc scripturam donationis collaudamus et firmamus.

Berengarius, leuita, qui hanc scriptura donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

³ La lletra *c* de *Maiencia* sembla corregida d'una *t*.

1091, novembre, 1

Jobert Renard, Jobert Duran i Bernat Arguïns, marmessors de Jobert Arguïns,¹ en compliment de la seva voluntat, donen a Santa Maria de Vilabertran una peça de terra situada al comtat de Peralada, als termes de la parròquia de Sant Martí de Peralada, a l'indret anomenat la Garriga, que hauran de conrear els hereus del testador, i lliurar-ne la meitat de l'esplet a Vilabertran, però havent rebut la meitat de la llavor de la sembra.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 8946, perg. 53.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 188.

5In Christi nomine. Nos Gaucbertus et alio Gaucberto et Bernardo Aruiinsi² qui sumus tutores et helemosinarii condam Gaucberti Aruiinsi donatores sumus Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi peciam unam de terra. Certum quidem et manifestum est enim quia precepit atque iniunxit nobis iam dictus Gaucbertus ad suam extremam uoluntatem adhuc persistente in sua plena memoria hac locuela ut scripturam donationis fecissemus post eius obitum predicte Sancte Marie de prescriptam peciam terre que est in comitatu Petralatensis, infra parroechia Sancti Martini Petralata, ad ipsam Garrigam. Que affrontat de parte orientis in alodio Gilielmi Renardi et meridie in terra Gaucberto Petri et de occiduo in terra Gaucberti predicti manumissori, de parte uero circi in terra Petri Ellefredi et de suis heredibus. Quantum predicte affrontationes includunt, sic donamus predicte Sancte Marie iam dictam terram, tali tenore atque pactu ut posteritati predicti Gaucberti Aruiinsi teneat et possideat per manus Sancte Marie et clericis eiusdem ecclesie presentibus scilicet et futuris et mittant in iam dictam terram medietatem sementis per unumquemque annum et habeant fideliter medietatem de ipso esplet qui inde exierit. Et non sit licitum predictis heredibus de iam dicto esplet aliquid defraudare, sed fideliter donent per unumquemque annum omni tempore iam dictam medietatem. Et ita fiat. Et sub tali tenore in potestate predicte sancte ecclesie ducimus atque transfundimus omni tempore possessura et suis clericis. Si quis autem hanc scripturam donationis uenerit ad

¹ C hi llegeix *Miró*.

² A continuació hi ha un espai en blanc corresponent a unes deu lletres.

irrupendum, nil ualeat, sed predicto alodio in triplo componat cum sua melioratione. Et inantea hec scriptura donationis omni tempore maneat firma.

Acta est autem hec scriptura donationis kalendas³ nouembris, anno XXXII regni Philippi regis.

Sig+num Gaucberti Renardi, sig+num Gaucberti Durandi, sig+num Bernardi Aruinsi, nos manumissores qui hanc scriptum (*sic*) donationis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Sicardis, [uxoris] predicti Gaucberti. Sig+num Bernardi Adalberti. Sig+num Arnalli Petri. Sig+num Geral Amalrig. Sig+num Narbona. Sig+num [...]. Sig+num Petri Gaucberti. Sig+num Berengarii Gaucberti.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

³ A continuació hi ha una xifra esborrada. C llegeix *III kalendas*. B, però, transcriu *VI kalendas*.

1092, gener, 18

Els almoïners de Ramon de Guidenells donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran l'alou situat a la parròquia de Sant Pere de Figueres, al lloc anomenat Llinars, i una peça de terra al lloc anomenat la Calçada.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per elemosinarios Raymundi de Guidenellis dicte ecclesie de alodio sito in parochia Sancti Petri de Fichariis, in loco vocato ad Linares, et de petia terre in loco vocato ad ipsam Calciatam.

15 chalendas februarii, anno 32 Philippi regis.

n. 127

1092, març, 13

Adaleds dóna a Santa Maria de Vilabertran la seva part de l'església de Sant Mateu de Vilademires, situada al comtat de Besalú, amb els delmes, les primícies, els llegats testamentaris i les oblacions.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9674, perg. 159.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 17v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 220v i 298v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 190, que el data del dia 10 de març i no del 13.

¶In nomine Domini. Ego Adalaizis donatrix sum Domino et Sancte Virgini Marie que ueneratur in ecclesia Ville Bertrandi. Manifestum uolo esse omnibus scire uolentibus quia libenti animo et spontanea uoluntate dono predictae Sancte Marie omnem portionem meam ecclesie Sancti Mathei, quam habeo in comitatu Bisuldunensis, in parrochia de Villa Damires, cum omnibus decimis et primitiis sibi pertinentibus et cum cimiteriis et oblationibus uniuersis. Iam dictam ecclesiam cum supra dictis omnibus sibi adiacentibus dono atque trado de meo iure in dominium predictae Sancte Marie et clericorum eiusdem ecclesie pro remedio anime mee et parentum meorum. Et si quis hanc scripturam donationis atque mercedis mee uenerit ad irrumpendum, nichil illi proficiat, sed primum incurrat ira Dei omnipotentis. Et insuper ut sacrilegus componat iam dicta omnia ad prelibatam ecclesiam Sancte Marie. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Facta hec scriptura donationis III idus marci, anno XXXII regni Philipi regis.

Sig+num Adalaizis, qui hanc scripturam donationis fieri iussi et firmaui et firmari rogauí.

Sig+num Berengarius. Sig+num Mironis, presbiteri. Sig+num Bernardi Petri.

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsit, subscripsit die et anno quo supra.

1092, març, 13

Engilberga dóna a Santa Maria de Vilabertran tot el seu alou, situat al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Joan de Vilatenim, consistent en un terç d'un mas rònc amb clos i oliveres, i la tercera part també de dos casals erms, amb camps i vinyes, així com tota la seva part del que posseeix conjuntament amb els seus germans.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9880, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 189.

5In Christi nomine. Ego Engilberga, femina, donatrix sum Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi cunctum meum alodium, que ego habeo in comitatu Petralatensi, infra parrochia Sancti Iohannis de Villa Timím et in eius terminos. Prephatum uero alodium est terciam partem de uno manso destructo cum ipso clauso et oliuariis cum ceteris arboreis et cunctis suis pertinentiis et in duobus casalis heremis meam terciam partem cum illorum pertinentiis et in aliis cunctis alodiis, terris et uineis et pratis et uniuersis suis pertinentiis que habeo comuniter cum fratribus meis simili modo terciam partem dono. Sicut terminatur et concluditur prephatum alodium a parte orientis et meridiei siue occiduo atque circi, sic dono Domino Deo et predictae Sancte Marie pro amore Dei et remedium anime mee, tali tenore et ordine ut clerici eiusdem loci teneant et possideant in illorum dominicum et iure, et ita de meo iure in uestro trado sine ulla resseruatione ad proprium. Quod si ego donatrix aut aliquis homo utriusque sexus hanc scripturam donationis et mercedem largitionis irrumpere temptauerit uel temptauerint, excommunicati permaneant. Et insuper predictae ecclesie et iam dictis clericis ut sacrilegi componantur. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta autem hec scriptura donationis III idus marci, anno XXXII Philippo rege reganate.¹

Sig+num Engilberga, femina, qui hanc scripturam mee donationis et mercede largitionis fieri iussi et manu mea signo puncto firmaui et testes firmare rogauí.

¹ C el data del dia 10 de març i no del 13.

Sig+num Mironis Sperandei. Sig+num Berengari Petri. Sig+num Gilielmmi (*sic*)
Gaucfredi.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno
quo supra.

1092, març, 20

Jofre Jofre, anomenat Bastó, i Adalgards, esposos, en remissió dels seus pecats, donen a Santa Maria de Vilabertran un alou que tenen al comtat de Peralada, prop de l'església. Amb tot, Jofre reconeix haver rebut dels eclesiàstics de la canònica dos sous de plata.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9697, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45.

[C]: Còpia del s. XVIII extraviada: *Notas per la justificació del decimar de Vilabertran*, p. 34-35.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 191.

¶ In nomine Domini. Ego Gaucefredus Bastonis et uxor mea Adalgardis scientes nos esse diuersis criminibus inuolutos et pestifera mugione peccamina sordidatos donamus Domino Deo et eius Genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi aliquid de alodio uel possessione, quam in terris possidemus, ut grata remuneratione Genitricis eiusdem prece a nexibus peccatorum soluti quibus fideles subditi inter Dei heredes post uite uis terminum consortes [mereamus]. Est namque prephatum alodium in comitatu Petralatensis, in locis eiusdem ecclesie Sancte Marie predictae uicinis. Continentur uero infra iam dictum alodium prata et paludes, garrice et boscos, pascua et [...], aque et fontes, campi culti et heremi, arbores atque uinee [...] adueniunt mihi, Gaucefredo iam dicto, per successionem uel hereditatem parentorum meorum uel per qualisbet uoces; mihi uero, Adalgardi, si quid pro meo decimo ibi habere debet. Predicta uero hec omnia terminantur a parte orientis in Volone, qui est non longue a flumine nuncupato sa Muga, et sicut inde discursus usque in alueum Manibuli, qui est a meridiana parte, et peruenit usque in strada que dicunt Calciata, que est a latere occidentali, et ultra progredi [...] peruenit usque in alodium Sancte Eulalie, qui est a parte circi. Terminanturque ibi non longue ad ipsa Mata qui uulgo uocatur Peditaria. Quantum infra has predictas quattuor affrontationes qualis[...] modo habemus, totum ab integre, absque ulla dominatione uel retinendi occasione tradimus atque donamus predictae ecclesie Sancte Marie simul cum omnibus decimiis et primiciis, quas in predicto alodio habemus cum exitibus [...] et uniuersis regressibus et omnibus que ad usum uel utilitatem pertinent hominibus ut libere atque quiete prephate Sancte Marie sit alodium et suorum clericorum, ita ut quicumque nostrorum successorum uel aliorum utriusque sexus hominum contra scripturam huius nostre donationis uenerit ad irrumpendum, non hoc

ualeat uindicare quod requisierit, sed potius iram iusti iudicis Dei et sue Genitricis incurrens excommunicatione subiaceat donec omnia predicte Sancte Marie et suis clericis cum sua omni melioratione iure sacrilegii componat. Et postmodum hec scriptura firma et stabilis omne tempore maneat.

Actum est autem hoc XIII kalendas aprilis, anno XXXII regni Philippi regis.

Sciendum sane est et a cunctis credendum quoniam ego predictus Gaucefredus Bastonis absque donatione prephati alodii superius dicta accepi a clericis prephate Sancte Marie pro eodem alodio solidos II plate.

Sig+num Gaucefredi Bastonis, sig+num Adalgardis, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus et firmauimus et firmari rogauimus.

Sig+num Bernardi Petri de Solario. Sig+num Guililemi Bernardi de Auinione. Sig+num Bernardi Odonis de Manibulo. Sig+num Arnalli Mironis de Palacio. Sig+num Remundi Olibane de Calepodio. Sig+num Arnalli Seguini de Lercio. Sig+num Guilielmi Guifredi de Gurgitibus. Sig+num Berengarii Ademari de Sancta Cecilia. Sig+num Remundi Odonis de Gallinariis. Sig+num Bernardi Odonis, fratris eius. Sig+num Remundi Petri de Serris. Sig+num Petri Remundi de Campo Estremo. Sig+num Remundi Seniofredi de Monte Accuto. Sig+num Guilielmimi, fratris eius. Sig+num Arnalli Remundi de Basso. Sig+num Remundi Arnalli de Palacio. Sig+num Geralli Soniarii de Lercio. Sig+num Dalmacii Bernardi de Villafredario. Sig+num Bernardi Petri de Sancta Eulalia.¹ Sig+num Gauceberti Mironis de Campo Magno. Sig+num Stephani Dodonis.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsit, subscripsit die et anno quo supra.

¹ D llegeix *Sancta Cecilia*.

1092, juliol, 25

Goclèn, juntament amb els seus fills Ramon Bernat, Arnall Bernat, Sicards i Quinverga, dona a Santa Maria de Vilabertran un alou, consistent en una casa amb cortell, situat al comtat de Peralada, dins els termes de la parròquia de Sant Vicenç de Cabanes. Amb tot, en reserva la tinença de per vida per al seu fill Ramon a canvi que tributi cada any a la predita canònica el cens d'una quartera d'ordi, una gallina i una fogaça.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9006, perg. 59.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 205.

₂In Christi nomine. Ego Goclendis et Raimundus Bernardi et Arnallus Bernardi, filii mei, et Sichards et Chimuerga, filie mee, nos simul in unum donatores sumus Domino Deo et Virginis Marie Ville Bertrandi aliquid de meo alodio, id est, domum unam cum suo curtilio propter Deum et remedium animarum nostrarum. Aduenit nobis predictum alodium per parentorum nostrorum seu per qualescumque uoces. Est namque predictum alodium in commitatu Petralatensi, infra parrochia Sancte Vincentii de Cabannes,¹ intus in ipsa uilla. Sicut affrontat predictam domum cum suo curtilio a parte orientis, occidentis, meridiei et circi, sic donamus predictae Sancte Marie ad suum proprium alodium ad faciendum quodcumque uoluerit. Et teneat Raimundus, filius meus predictus, predictam domum;² et donet per unumquemque annum predictae Sancte Marie talem censum, scilicet, quarteram unam ordeï et unam gallinam et una fogaca.

Sig+num Goclendis, sig+num Raimundi, sig+num Arnalli, sig+num Sichards, sig+num Chinuerga, qui hanc cartam fieri iussimus et testes firmari rogauimus.

Sig+num Guilelm Gaucberti. Sig+num Arnali Matfred.

Actum est hoc VIII kalendas augusti, anno XXXIII^o³ regnante Philipo rege.

Petrus, leuita, qui hoc scripsit, subscripsit die annoque prefixo.

¹ Una ena escrita sobre la línia.

² A continuació hi ha *permat* cancel·lat.

³ *anno XXXIII^o* escrit sobre la línia.

1092, juliol, 29

Sonifred i d'altres donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran la meitat de dues feixes de terra situades al terme de la parròquia de Sant Joan de Vilatenim, sota la vila.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Seniofredum et alios dicte ecclesie de medietatibus duas feixias terre, sitas infra terminos Sancti Joannis de Vilatenim, subtus ipsam villam.

4 chalendas augusti, anno 33 Philippi regis.

n. 141

1092, juliol, 30

Humbert Jobert dona i defineix a Santa Maria de Vilabertran un llinar situat prop del molí que aquesta església té al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Julià de Rabós, llinar que l'atorgant posseeix per herència dels seus pares.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10037, perg. 137.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 206v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 206.

¶ In Christi nomine. Ego Umbertus Gauzberti donator et euacuator atque difinitor sum Domino Deo et ecclesie Sancte Marie Villa Bertrandi et suis clericis ipsum linarem quod est iusta molendinum Sancte Marie predicte, scilicet, in comitatu Petralatensi, infra parrochia Sancti Iuliani Villa Rabisdosi, in predicto locho. Aduenit mihi predicto Umberto iam dictum linarem per parentorum meorum et pro aliis quibusque modis. Terminatur autem predictum linarem a parte orientis in linario Raimundus Ademari et fratrum suorum, de meridie in orto predicto (*sic*) Sancte Marie, ab occidente in alodio Sancte Marie predicte, ante ostium predicti molendini sui, de parte uero circi in linare Raimundi (*sic*) Azemari et uxoris Arnallii Ioannis. Quantum predicte affrontationes includunt, sic dono, euacuo atque delibero in iure et dominacione prelibate Sancte Marie et suis clericis cum omnibus exiis et regresiis suis et cum omnibus sibi pertinentibus ad illorum proprium.¹ Si quis autem hanc scripturam donacionis, euacuationis, difinicionis² atque deliberacionis uenerit aut uenero ad irrupendum, nil ualeat uel ualeam uendicare, sed componat uel componam predicto linare in duplo predicto Domino Deo et iam dicte Sancte Marie et eiusdem clericorum. Et inantea teneatur³ ut sacrilegus usque quo componatur.

Hacta est autem hec III kalendas augusti, anno XXXIII⁴ regnante Philipo rege.

Sig+num Umberti Gauzberti, qui hanc scripturam donacionis, euacuacionis, difinicionis⁵ atque deliberacionis fieri iussi et firmaui et hos testes firmare rogau.

¹ *ad illorum proprium* escrit sobre un text previ esborrat.

² La lletra efa de *definicionis* escrita sobre una ena.

³ La lletra a està escrita sobre la línia.

⁴ Sembla que l'escriba va corregir XXXIII on hi deia XXXIII.

Sig+num Bernardi Remundi, dictus Battsác.⁶ Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Remundi, iudicis, SS.* Petrus, presbiter, prelatuS atque minister predicte ecclesie, SSS.*

Poncius, presbiter, qui hanc scripturam scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

⁵ Curiosament, l'escrivà torna a repetir el mateix error i la lletra efa de *definicionis* està escrita sobre una ena.

⁶ D llegeix *Bernardi Remundi, dictus Bat, sacer.*

1092, agost, 27

Guillem, Bernat i Pere, marmessors del seu difunt pare, Sesmon Vidal, donen a Santa Maria de Vilabertran dues peces de terra situades al comtat d'Empordà, a la parròquia de Sant Felin de la Guàrdia.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9885, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 207.

₂In Christi nomine. Ego Guilielmus Sesmundi et Bernardus Sesmundi et Petrus Sesmundi¹ nos in simul qui sumus tutores siue helemosinari de genitore nostro scilicet de Sesmundo Vitalis, qui fuit condam, preceidit nobis quando comendauit suam helemosinam [ut] scripturam donacionis fecissemus, sicuti et facimus, Domino Deo et Sancte Marie Villa Bertrandi de aliquid de suo alodio scilicet de III^{bus} peciis de terra, que sunt in comitatu Empuritanensis, infra fines et terminos parrochie Sancti Felicis de Guardia. Adueniebat ei per uocem comparacionis seu per qualiscumque uoces predictum alodium. Et affrontat una terra de oriente in carrera que uadit ad Puteum, de meridie similiter, de occiduo in terra Sancti Quirici, de parte uero circi in ipso Prad. Alia pecia affrontat a parte orientis in ipso Prad que uocant Estagol, de meridie in terra de Erimballo, de occiduo in uia que uadit ad Villam Mucrum, a parte uero circi in terra de predicto Erimballo. Quantum infra istas III^{or} afrontaciones includitur, totum ab integre, sit predictae Sancte Marie absque ullo retentu. Si quis hanc scripturam donacionis uenerit ad irrumpendum, nil² sibi proficiat, set predicta omnia in duplo componat predictae Sancte Marie cum sua melioracione. Et inantea hec scriptura firma permaneat omni tempore.³

Acta est autem hec scriptura donacionis XVII kalendas setembris, anno XXXIII regni Philipi regis.

Sig+num Guilielmi Sesmundi, sig+num Bernardi Sesmundi, sig+num Petri Sesmundi, qui hanc scripturam donacionis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

¹ A continuació, hi ha una paraula esborrada.

² *nil* repetit per diplografia.

³ Des de *cum sua melioracione* fins a *tempore* afegit al marge inferior de la dreta.

Sig+num Guilielmi Blancheris (*sic*). Sig+num Bernardi. Sig+num Sesmundi.

Petrus, leuita, qui hanc scripturam donacionis scripsi, subscripsi die annoque prefixo.

1092, setembre, 18

Arnall Guillem, que es proposa de peregrinar al Sant Sepulcre, fa testament, en el qual nomena marmessors el seu germà Rotllan, la seva mare Ermengards i Esteve Prim; i, entre altres béns, llega a Santa Maria de Vilabertran el mas on viu Guillem Ricard i una vinya situada al Bosc.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10030, perg. 171.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 193.

³Quam (*sic*) debite condicionis nullus in carne positus mortem euadere potest, idcirco ego Arnal Guilielmus cupio pergere ad Sepulcrum Domini, timeo et paueo repentine casus diem mortis mee, et propter hoc eligo meos elemosinarios, id sunt, Rotlan, fratri meo, et mater mea, Ermengards, et Stephanus Prim, ut, quando ex hoc seculo discessus fuero, abeant potestatem mei prelibati et elemosinarii dare et ita facere, sicut in hoc testamento resonat. In primis debito ad mater mea Ermengards et ad fratri meo Rotlan medietatem de fructum qui exierit de alodii mei, et alia medietate rogo eos, propter Deum et amicitiam que est inter me et illos, ut multiplicent mihi, sicut necesse est mei, ut, si Domino placet, quando reiterasem, libet mihi ex hoc quod inuenissem, et debito omnes alodii mei, toti ab integre, ut abeant et teneant cunctis diebus illorum. Et post obbitum eorum dimitto ad Sancti Mikaelis mansum qui fuit de Duran et ipsa terra qui est ad Canal. Et ad Sancta Maria¹ Ville Bertrandi mansum de Willelmi Ricardi, ubi abitat, et uinea qui est ad ipso Bosco. Et ad Sancti Petri Piscator quadre de ipsas Ribes. Et debito ad Rotlan, fratri meo, ipso manso de Ber cum ipsa terra qui ei abeo pignorata, in tali conuentu ut fatiat² suam uoluntatem. Et dimitto ad Arsens, soror mea, ipsa terra qui est ad ipsa Riera, et in ipsa terra qui est in ipsa Barrera qui pergit ad Fluuiano ipsam terciam partem; et post obitum eius dimitto ad Sancte Marie Rodis.

Actum hoc testamentum XIII kalendas octobris, anno XXXIII regnante Philippo rege.

¹ La lletra a és transformació d'una e anterior.

² *at* està escrit sobre la línia.

Si+gnum Arnal Gilielm, qui hoc testamentum fieri iussit, firmauit et firmare rogauit.³

Si+gnum Bernard Giscafre. Si+gnum Bruno. Si+gnum Stefa Prim.⁴ Si+gnum Raimun Vidal. Si+gnum Petrus Tixedor.⁵

Ugo, sacer, qui hoc testamentum rogatus scripsit, subscripsit die et anno prefixo.

³ Des de *qui hoc* fins a *rogauit* escrit després de la signatura de *Bernard Giscafre*.

⁴ B *Stephani, presbiteri*.

⁵ La o és resultat de la transformació d'una e anterior. B la fa autògrafa, però no ho és. És heterògrafa.

1092, setembre, 22

*Pere Ramon, Esteve Arnall i Adalards, vidua de Berenguer Riemball, com a marmessors d'aquest, donen a Santa Maria de Vilabertran un alou situat al comtat de Peralada, al terme de Vilatenim, consistent en un petit mas del Clot i una peça de terra, que afronta a sol ixent amb el camí públic que va del Far a Vilabertran.*¹

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

[C]: Còpia autèntica de 1625 extraviada: *Donacions*, fol. 59.

D: Transcripció de l'escatocol: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 194.

B

Donatio facta per Petrum Raymundi et alios dicte ecclesie de uno mansiolo sito in loco vocato ad Clot, et de quadam petia terre infra terminos Vilatenim.

10 chalendas octobris, anno 33 Philippi regis.

n. 143

D

Acta est autem hec scriptura donationis X kalendas octobris, anno XXXIII regni Philippi regis.

S. Petri Reymundi, s. Stephani Arnalli, s. Adalardis, uxoris iam dicti Berengarii, qui hanc scripturam fieri iussimus, firmavimus et firmare rogavimus.

S. Geralli Guillelmi. S. Petri Gitza. S. Petri, presbiteri. S. Petri Stephani. S. Arnallus Stephani.

Guillermus, subdiaconus, qui hanc scripturam donationis scripsi et sub (*s. man.*) die et anno quo supra.

¹ La informació complementària ve donada per D.

1092, setembre, 30

En presència dels sacerdots Guillem Adalbert, Bernat Oliba, Martí i Llorenç, i del levita Ramon Pere i de Guillem Ramon, i dels laics, els nobles Berenguer Arnall, Ramon Guilabert, Bernat, germà d'aquest, Gerall Llobató i Pere Ostèn, els testimonis Felíu, Pere Oliba i Pere Ramon, jurant damunt l'altar de Sant Pere de Figueres, declaren la darrera voluntat de Ramon Sesmon, dictada a la seva casa de Ribalta, en la qual nomenà marmessors la seva esposa Ermengards, Bernat Sesmon, Renall Miró i Bernat Odó; disposà d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual deixà l'alou que tenia a les parròquies de Santa Maria de Vilanant i de Sant Martí [del Far], excepte la part ja donada a la seva esposa i el que havia deixat a Santa Maria de Lladó, que era la meitat del mas habitat per Guillem Guifrà, amb la meitat d'un clos i d'una feixa que tenia sobre el mas d'Adalbert Cuc; llegà també a Vilabertran la resta d'alous seus, consistents en masos, terres, vinyes, horts, oliveres i un molí, però aquests alous els reservava de son vivent per a la seva esposa a canvi del tribut anual d'un parell de gallines. També deixà a la canònica de Vilabertran un mul, que li devia Bernat Guillem per una altre que valia 30 sous de plata. Finalment, dels béns mobles, descartats tots els bous i un ase, que llegava a la seva esposa, en féu dues parts, una també per a la seva muller i, l'altra, la dividí en tres noves parts, una de les quals destinà a Santa Maria de Vilabertran.¹

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9696, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 195.

3Hee sunt conditiones sacramentorum facte in presentia sacerdotum Guilielmi scilicet Adalberti et Bernardi Oliue et Martini atque Laurentii et Raimundi Petri, leuite,² et Gilielmi Raimundi et laicorum nobilium Berengarii Arnalli et Raimundi Guilaberti et fratris eius Bernardi et Geiralli Lobatoni et Petri Ostensi et aliorum hominum. Testificati sunt testes his nominibus: Felicis et Petri Oliue et Petri³ Raimundi. Nos prelibati testes, unum damus testimonium, iuramus in Deum et super altare consecratum in honore Sancti Petri, quod est situm in comitatu Bisundunensi, in uilla de Ficarias, quia nos uidimus et audiuiimus et presentes eramus quando condam Raimundus Sesmundi iacens in domo sua,

¹ Vegeu el doc. 204 d'aquest diplomatarí.

² C interpreta *Ramon Peralada*.

³ Des de *Felicis* a *Petri* hi ha una taca que sembla provocada l'aplicació d'un reactiu químic d'època moderna abans que per una cancel·lació.

que est in Ripa Alta, detentus ab egritudine, qua obiit, dum aduch⁴ esset in sua plena memoria hac loquela iussit legere et relegere suum testamentum, quod⁵ bene sanus et incolumes habebat antea factum et propria manu firmatum, et autorizauit illud et laudando reconfirmauit et firmatores adiaecit, per quod constituit ut essent sui helemosinarii et manumissores hi sunt: Ermeniardis, uxor eius, et Bernardus Sesmundi et Arnallus Mironis et Bernardus Odonis, quibus iniuncxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti taliter: primum iussit sepelire corpus suum in cimiterio Sancte Marie Ville Bertrandi et dimissit predicte Sancte Marie ipsum suum alodium quod ille habebat infra parrochiam Ville Habundantis et Sancti Martini, exceptum ipsum alodium quod ipse dedit Ermeniardis, uxori sue, per scripturam donationis in predicta parrochia Sancti Martini et exceptus illud alodium quod ipse dedit Sancte Marie de Lutonis, scilicet, medietatem unius mansi, ubi habitabat quidam Gilielmus Guifredi, cum medietate clausi et cum medietate de I fexa quam habebat super manso de Adalberto Cúc. Alia uero alodia sua, scilicet, mansos,⁶ terras et uineas et molendinum et ortos et oliuarias⁷ et arbores et quicquid dici uel nominari potest ad usum et seruicium hominum remanerent predicte Sancte Marie Ville Bertrandi cum omnibus sibi pertinentibus. Et ut teneret predicta omnia Ermeniardis, uxor sua, in diebus uite sue per manus clericorum Sancte Marie et donaret recognitionem parilum unum predicte Sancte Marie de gallinis. Post uero eiusdem Ermeniardis, remanerent iam dicta alodia predicte Sancte Marie sine ullo retentu. Et dimissit predicte Sancte Marie de Villa Bertrandi mulum unum, quem debebat ei Bernardus Gilielmi, pro alio mulo qui ualebat triginta sollidos plate. Et dimissit predicte uxori sue Ermeniardis quatuor⁸ untias auri de Valentia, quas debebat illi Berengarius Bernardi, de quibus tenebat pignoram albergam de uno manso de Aqualis sine ullo engan. Et omne mobile suum diuideretur taliter: primitus remanerent predicte uxori sue Ermeniardis omnes boues cum asino et aliut mobile diuideretur in duabus partibus: una pars fieret predicte Erminiardis, altera uero, que illi contingeret, diuideretur in tribus partibus: una esset predicte Sancte Marie Ville Bertrandi, altera Sancte Marie Ville Habundantis cum suis clericis, altera uero Sancte Marie Lutonis, et ut melius uiderent predicti helemonisarii sui. Et omnes feuos suos, que illi

⁴ Davant de *aduch* hi ha un *ad* afegit per diplografia.

⁵ La lletra qu escrita per transformació a partir d'una te.

⁶ La a és transformació d'una u.

⁷ L'última a és transformació d'una u anterior.

⁸ La u escrita sobre la línia.

remanserunt de patre suo, dimisit Bernardo Sesmundo, fratri⁹ suo, et filio suo Gilielmo. Et hoc testamentum firmitatem obtineret.

Factum fuit iam dictum testamentum VII kalendas mai, anno XXVIII regni Philippi regis.

Firmatum fuit a supra conditore Raimundo signo puncti et a reliquis firmatoribus, scilicet, Petro Olibe et Raimundo Mironis et Petro Raimundi et Arnallo Bernardi et Gilielmo Iohannis et Guillelmo Bellis et Felice et Raimundo, presbitero. Scriptor Berengarius, leuita. Nos supra dicti testes iuramus et testificamur in Deum et in supra dicto iuramento quia, sicut superius scriptum est, ita a supra dicto testatore ordinatum est et firmatum nobis uidentibus et audientibus per extremam uoluntatem rerum suarum.

Late conditiones II kalendas octobris, anno XXXIII regni Philippi regis.

Si+gnum Felicis, si+gnum Petri Oliue, si+gnum Petri Raimu<n>di, qui supra dictum testimonium¹⁰ dedimus et iurando firmauimus.

Si+gnum Berengarii Arnalli. Si+gnum Gilielmi Arnalli. Si+gnum Dalmacii Enuuiini. Si+gnum Petri Eroigii. Si+gnum Petri Bonucii. Si+gnum Petri Raimundi. Si+gnum Petri Ostensi. Si+gnum Geiralli Lobatoni. Si+gnum Bernardi Guilaberti. Si+gnum Augerii. + Guilielmi Adalberti + presbiter.* Martini, presbiteri +.* Laurentius, presbiter +.* Raimundi Petri, leuita +.* Guillemi Raimundi +.* Petrus, presbiter atque prelatus predicte ecclesie Sancte Marie, SSS.*

Giscafredus, presbiter, qui has conditionis scripsit, sub die et anno subscripsit quo supra.

⁹ *fratri* corregit de *fratre*.

¹⁰ L'escrivà ha escrit *testimomonium* per diplografia.

1092, octubre, 1

Bernat Guillem dona a Santa Maria de Vilabertran un alou situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Santa Maria de Vilanant, a la Riera,¹ consistent en un mas, amb les terres que hi tingué el difunt Mir Bernat, i un molí i una cabanera prop del riu Manol, amb oliveres i la meitat d'un hort petit, i al mateix temps amb les tres parts que té del mas on habita Llull.²

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9063, perg. 197.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 221.

3I[n nomine Domini. E]go Bernardus Gilielmi dono Domino et Sancte Marie Ville Bertrandi pro remissione peccatorum meorum alodium meum, quod habeo in comitatu Bisuldunensium, infra parroechiam Sancte Marie de Villa Habundanti, ad ipsam scilicet Rieram. Est autem ipsud alodium mansus unus cum omnibus sibi pertinentibus, terris, uineis, cultis et heremis, aquis, aqualibus, ortis pariter et ortalibus et arboribus, fructuosis et infructuosis, cum molendino quod est in alueo Manibuli et omnibus sibi pertinentibus et in se habentibus cum resclausa et suo capidaga³ et ceteris ad suum usum pertinentibus, cum ipsis etiam terris que sunt de iam dicto manso, quas condam Miro Bernardi tenuit, et cum ipsa cabanneria, que est iuxta alueum iam dicti Manibuli, cum oliuariis et medietate ipsius ortelli. Omnia hec sicut iam dicta superius sunt⁴ predictae Sancte Marie cum affrontationibus et exiis et regressiis et omnibus quae ad usum hominum pertinent, dono atque concedo, et a meo iure in suum dominium et potestatem et suorum clericorum trado atque delibero ut ab hodierno et deinceps sit eius proprium alodium absque ullo impedimento, totum ab integro, cum ipsis etiam tribus partibus quas habeo in manso ubi quidam homo, nomine Lul, habitat cum his que sibi pertinent ab integro sine ullo retentu. Si quis uero hanc scripturam irru<m>pere temptauerit, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed predicta omnia in duplo iam dicte Sancte Marie componat. Et hec scriptura firma in perpetuum maneat.

¹ Vegeu també el doc. 170 d'aquest diplomatarí, del dia 14 de maig de 1085.

² Possible avantpassat de Ramon Llull. Vegeu també el fill d'aquest Llull al doc. 328.

³ La darrera a sembla una correcció sobre una o prèvia. És possible que aquí es reflecteixi la pronunciació 'aigo' per a aigua.

⁴ Des de *dicta* fins a *sunt* escrit després d'una correcció per rasura.

Que est acta kalendas octobris, anno XXXIII regnante Philippo rege.

Sig+num Bernardi Gilielmi, qui hanc scripturam donationis fieri iussi, firmaui et firmare rogavi.

Sig+num Gauberti Oliue. Sig+num Gilielmi Stephani. Sig+num Petri Ramundi. Sig+num Bernardi Petri.

Guilielmus, qui hanc scripturam donationis scripsi, subscripsi et sub die et anno quo supra cum litteris rasis et emendatis.

1092, novembre, 27

Testament sacramental de Jobert jurat damunt l'altar de Sant Briç, de l'església de Sant Martí d'Olmeda, en el qual disposà d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran.

[A]: Original perdut.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 224.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 197.

v kalendas decembris, infra spatium VI mensium obitus conditoris, anno 33 regni regis Philipi *se publica el testament* super altare consecratum Sancti Briccii, quod est intra ecclesiam Sancti Martini de Ulmeda,¹ *que féu* Gaucebertus 9 kalendas iunii, eiusdem anni. *Elegeix la sepultura* ad Sanctam Mariam Villebertrandi, etc.

Firma entre altres: Petrus, presbiter atque praelatus Sanctae Mariae, qui hos testes fideliter recepit.

¹ C afirma que «Sant Martí d'Ulmeda és el nom antic de Queixàs».

1092, desembre, 15

Jofre Seguer, prevere, dóna a Santa Maria de Vilabertran un alou situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Santa Maria de Darnius, a l'indret anomenat el Prat, consistent en un mas amb un camp, hort, oliveres, terres, vinyes i llinars.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5501, perg. 47.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 198.

5In nomine Domini. Ego Guifredus Segarii donator sum Domino et Sancte Virgini Marie Ville Bertrandi. Manifestum est enim quia placuit animis meis et placet ut scripturam donationis fecissem Domino et Sancte Virgini Marie de meo alodio quod ego habeo in comitatu Bisuldunensi, in parrochia Sancte Marie de Darnicibus, scilicet, in loco qui uocatur ad ipsum Pratum, mansum meum cum campo qui ibidem est et cum ipso orto cum ipsis oliuariis et uniuersis arboribus et terris et uineis et liniis sibi apendentibus. Et adueniunt mihi predicta omnia de parentibus meis. Abet autem afrontationes predicta omnia a parte orientis in ipso torrente qui discurrit de Darnicibus ad Beneuiere et discurrit inde per alium torrentem, qui est de meridiana parte, et peruenit usque in Rocam Melariam, de occiduo in ipso Portel et de circi in Prato de Enga. Quantum predictae afrontationes includunt, scilicet, domos, campos, uineam, oliuarias et alias arbores et ortum et terras cultas et eremas, dono, delibero, trado in dominium et potestatem predictae Sancte Marie et clericorum eiusdem ecclesie ab integro sine ullo recentu. Si quis uero hanc scripturam donationis mee ad irrumpendum uenerit, primitus incurrat iram¹ Dei omnipotentis. Et insuper ut sacrilegus componat iam dicta omnia ad predictam ecclesiam Sancte Marie. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta est hec scriptura donationis XVIII² kalendas ianuari, anno XXXIII regni Philippi regis.

Sig+num Guifredi Segarii, presbiteri, qui hanc scripturam donationis fieri iussi et firmaui et firmari rogauit.

¹ L'escrivà va escriure per error *tra* amb signe d'abreviatura, però és obvi que cal entendre *iram*, no pas *terra*.

² B transcriu XIII.

Sig+num Petri Gifredi, leuite. Sig+num Gaucerandi. Sig+num Guilielmi Sesmundi.
Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Remundi Andree.

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsit et subscripsit die et anno
quo supra.

1092, desembre, 27

Arnall fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran uns masos situats a les parròquies de Sant Andreu del Coll i de Sant Mateu de Vilademires.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 41v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Arnalli, quo legat dicte ecclesie mansos in parochia Sancti Andree de Colle et Sancti Mathei de Vilademires.

6 chalendes januarii, anno 33 dicti regis Philippi.

n. 65

1093, gener, 13

Bernat Joan, clergue,¹ fa testament a la seva casa d'Aguaca (Ogassa), en el qual nomena marmessors Pere Rigall, Bernat Guifrè, cabiscol, Arnall Joan, Arnall Jofre de Palera, Bertran Ponç de Milany, Guillem Ramon d'Espasèn i Ramon Guillem, clergue i germà d'aquest; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Sant Joan de Ripoll i, entre d'altres béns, llega a Santa Maria de Vilabertran l'alou que té dins els termes de la parròquia de Sant Martí d'Aguaca, als lloc anomenats Castellar i Font-llebrera, consistent en masos i cabaneres, juntament amb el mas de Roqueta i el bosc d'Artó, i el que té des de les Calmes fins a Parada dels Llops i de Corbera fins a Canalelles i la coromina i el Coll de Fullosa i la parròquia de Sant Joan.

A: Original. Barcelona, ACA, Cancelleria, Ramon Berenguer III, núm. 2.

B: *Canalys* I, f. 38, núm. 22 (sac. 6) i f. 54, núm. 2 (sac. 8).

a. MONSALVATGE I FOSSAS, Francesc. *Notícies històriques*. vol. 15, núm. 2208, p. 308-314.

b. GROS I PUJOL, Miquel dels S. «L'Arxiu del Monestir de Sant Joan de les Abadesses», p. 119-120.

c. FERRER I GODOY, Joan. *Diplomatari del monestir de Sant Joan de les Abadesses*, doc. 43.

d. BAIGES, Ignasi J.; FELIU Gaspar; SALRACH, Josep M. (dirs.). *Els Pergamins de l'Arxiu*, doc. 176.

⁴Quia nullus in carne positus mortem euadere potest, idcirco ego Bernardus Iohannis, iacens in ipsa mea domo de Aguaca, detentus magna egritudine et cogitans de die mortis meae, in mea plena memoria ac loquela, eligo mihi elemosinarios et manumissores, scilicet, Petrum Rigualldi Ville Bertrandi et Bernardum Gifredi caput scole necnon et Arnallum Iohannis et Arnallum Gaucefredi de Palera et Bertrandum Poncii de Melan ac Guilielmum Raimundi de Espasen et Raymundum Gilielmi clericum, fratrem eius, quibus deprecans tribuo plenissimam potestatem post obitum meum distribuendi omnium facultates rerum mearum, immobilium atque mobilium, sicut in hoc testamento meo inuenerint scriptum. Primitus debito corpus meum ad sepeliendum Beato Iohanni Babtiste Riupollentis cenobio. De donationibus uero quas Domino et sanctis eius pro remissione peccatorum mearum peccatorum meorum dimitto, primum remaneat Sancte Marie Riupollentis ipsum meum alodium de Sennarucio et de Vitabona et Tarnadela cum omnibus que pertinent ad usum et seruicium omnium. Et ipsum mansum de Fullosa, ubi

¹ Es tracta del nebot de l'abat i bisbe Oliba.

quidam Arnallus Iohannis habitat, cum omnibus sibi² apendentibus simul cum ipso boscho de Cumo, sicut scriptum est, in ipsa karta donationis quam ego fieri iussi et firmaui ei. Et dimitto sibi omnes alodios suos, quos teneo in pingnora aut per feuum siue per escamiationes³ aut pro qualicumque modo, simul cum ipsis mansionibus quas ego teneo prope aecclesiam Sancti Eudaldi sine ullo retentu. Et Sancte Marie Ville Bertrandi ipsum meum alodium, quod ego habeo infra terminos parrochiae Sancti Martini de Aquacia, in locis qui nominantur Kastellare et Fonte Lepraria, scilicet, mansos et kabannerias, cum ipso manso de Rocheta et ipso boscho de Arto, quantum ibi habeo et habere debeo et ipsas⁴ Kalmes usque in Paratam Luporum et ad Curbariam et usque ad Kanalilas et usque ad condaminam et usque ad Collem de Fullosa⁵ et usque in parrochiam predicti Sancti Iohannis cum omnibus ad usum et seruicium predictorum mansorum pertinentibus, uidelicet, terras laboratas et ermas et tractas et uineas seu prata atque defensas necnon et pasturas siue usaticos⁶ et seruicia que ego habeo de iam dicto alodio remaneant ei sine⁷ ullo retentu. Et predicto Sancto Iohanni dimitto aecclesiam Sancti Martini Aquacie cum uniuersis decimis et primiciis parrochiae suae et cum omnibus oblationibus et cimiteriis et donationibus predicte ecclesiae pertinentibus sine ulla retencione, excepto ipsum tercium iam dicte aecclesie Sancti Martini, quem teneat Gilielmus Remundi dum uiuit. Et post obitum suum reuertatur in potestatem Sancti Iohannis et dimitto predicto Gilielmo ipsum mansum quem tenet Iohannes Alarici per eum. Et post obitum eius reuertatur in potestatem Sancti Iohannis. Et ipsas meas casas de Aguaca cum ipsis ortis teneat Gilielmus Remundi per Sanctum Iohannem et per clericos eius et in illorum seruicio dum uiuit. Et post obitum eius reuertantur Beato Iohanni.⁸ Item Bertrando Poncii ipsum mansum quem tenet per me in Aguaca ut habeat eum per Guilielmum Remundi ad feuum et post obitum Bertrandi remaneat Gilielmo Remundi. Et post obitum amborum transmutetur in potestatem Sancti Iohannis. Item ipsum mansum de Connamina, quem pater meus dedit Sancto Iohanni, dimitto Oliue Adalberti ut teneat eum per Sanctum Iohannem et clericos dum uiuit. Et post obitum eius reuertatur Sancto Iohanni. Iterum dimitto predicto Sancto Iohanni aliud cunctum meum alodium, quod ego habeo infra iam dictam parrochiam Sancti Martini, scilicet, mansos cum terris uel laborationibus hominum habitantium in ipsis simul

² Des de *quidam* fins a *sibi* omès per c.

³ La segona e és transformació d'una i anterior.

⁴ La pe escrita sobre la línia.

⁵ Des de *et usque ad* fins a *Fullosa* omès per c.

⁶ L'escrivà primer va escriure *usaticas* i després va posar una o al damunt sense cancel·lar la a de sota.

⁷ La ena amb l'abreviatura per a *sine* escrita sobre la línia.

⁸ La segona i corregida sobre una e.

cum heremis⁹ et boscis, calmibus et pasturis et tractis et ipsum puium, in quo kastrum Penne est constructum, cum ipso Monte Irato et ipso Monte de Taga et Colle de Ioue sine ulla reseruatione. Et insuper dimitto predicto Sancto Iohanni omne meum alodium de Iesso cum omnibus ad eundem alodium pertinentibus, qui mihi aduenit de parentibus meis. Et aliud alodio, quod ego teneo in iam dicto Iesso et in Ennegonibus per pignoram de centum mancusis Ceptinis aut Iafarinis, quos mihi debebat condam Bernardus de Belaucel, dimitto predicto Sancto Iohanni, tali tenore ut, si aliquis ex eius propinquis, cui legaliter successerit, redimere uoluerit, donet iam dictos manculos Sancto Iohanni et clericis eius et recuperet prefatum alodium. Et ex iam dictis mansis de prefato pignore, dimitto unum, quem Guilielmus Radulfi tenet, Guilielmo Remundi, nepoti meo, in uita sua. Et post obitum eius solide et libere transmutetur in proprietatem Sancti Iohannis. Item dimitto predicto Sancto Iohanni omnia sua alodia et ecclesias et pignoras quas ego teneo per qualicumque modo sine diminutione aliqua. Et Sancte Marie Panicearis dimitto ipsum meum alodium quod habeo in parrochia Sancti Felicis de Brugera et Sancti Vincencii de Planedoles et parrochia de Neuano et duas partes ecclesie Sancte Marie de Eschales cum decimis et primiciis suis et oblacionibus sibi pertinentibus; et omne alodium quod habeo in parrochia iam dicte ecclesie de Eschalis sine ulla reseruatione. Et ad kannonicam Sancte Marie sedis Ierunde dimitto ipsum meum alodium cum omnibus suis pertinenciis, quod habeo in parrochia Sancti Andree de Ioterricio, aut homines tenent per me et teneat illud predicti fratres Raimundus Gilielmi clericus et Gilielmus Raimundi dum uixerit. Et post obitum illorum reuertatur iam dictum alodium in ius et dominatum prefate kannonice sine ullo retentu. Et ipsum alodium, quod mihi dimisit uiuolario iure Berengarius Gaucefredi de Sedernes cum ipso esplet, dimitto iam dicte channonice sedis Iherunde. Et Sancte Marie Kastri¹⁰ Bisilduni dimitto ipsos suos alodios, quos tenet nominatim channonicis¹¹ eiusdem aecclisae fideliter comorantibus, sine ulla¹² retencione. Et ipsum mansum de Goginess et de Prato, quos teneo de Sancto Laurencio, dimitto sibi fideliter sine ulla reseruatione. Et Sancte Marie Letonis dimitto ipsum meum mansum de Aguaca, quem tenet Arnallus Mironis de Pugmal. Et ipsum mansum de Noger, quem Amalricus tenet, dimitto Petro Gilielmi, nepoti meo, dum uiuit. Et post obitum eius reuertatur in potestatem Sancti Iohannis. Et ipsum alodium Poncii Bernardi, quod ego teneo in pignora, eidem Poncio fideliter relinquo cum uno kauallo que mando ut redimat de Arnallo Tallant. Et ipsum

⁹ La hac sobre la l nia.

¹⁰ *kastru* corregit d'un *kastru* anterior.

¹¹ L'escriv  escriu *channocis* per haplografia.

¹² Les dues eles escrites damunt una ena anterior.

alodium, quod habeo in Kalleges, dimitto Arnallo Arnalli, nepoti meo. Et ipsas meas domos Gerunde, quas emi de Gualtario et de Bonifilio Donnucii, dimitto Petro Guilielmi clerico, nepoti meo. Et alias mansiones, que fuerunt Mironis Guaschet, simul cum ipsis baiuliis¹³ quas habeo in Lambellis dimitto Raimundo Gilielmi clerico, nepoti meo, et cum ipso kauallo, quem habeo cum Petro Bernardi de Vinea. Et ipsas baiolias et seruicia que pater meus habuit et ego habeo in meo honore et pro meo habere debeo, uidelicet, in Iesso et in Cuuil Secho et in Campo et in Saltorro et in Mosellols et in Solamal et Trunils et in Brugera et in Fagunnela dimitto Guilielmo Raimundi, nepoti meo, tali tenore ut ipse Gilielmus bene defendat iam dicta alodia que ego dimitto predictis sanctis¹⁴ Dei pro remedio anime mee et idem Gilielmus nichil mali faciat in iam dictis alodiis sanctorum. Et omnes meas uoces et dretadges que habeo in ualle de Posada de alodio, que mihi adueniunt de parentibus meis, dimitto Sancte Marie de Panicars. Similiter omnes feuos et baiulias que habeo in Pausata et que ibi mihi adueniunt de parentibus meis dimitto Gilielmo, filio Arnalli Gilielmi de Todela. Et ipsam honorem de Clusa cum ipso kastro habeat Berengarius Arnalli et acordet inde cum Arnallo Gilielmi et filio suo tali tenore ut idem filius Arnalli Gilielmi habeat¹⁵ iam dictum honorem de Clusa et kastrum cum medietate de ipso dominico que ego ibi teneo per Berengarium Arnalli, salua sua fidelitate. Et alias omnes meas uoces que habeo in iam dicto honore de Clusa et ipsas baiulias de Calmedela habeat Berengarius Arnalli dum uiuit. Et post obitum eius remaneant predicta omnia Arnallo Guilielmi et filio suo tali modo ut habeant iam dictum kastrum de Clusa cum ipsa honore per Gilielmum Bernardi de Sancto Christoforo, sicut Berengarius Gilielmi habuit per eum, et ipsas baiulias, quas habeo in uillare Kastellano et in Samuga et in Villa Rubea, et alodium, quod fuit de Gerallo archidiacono et quod dimisit Sancto Laurencio et Sancto Petro, dimitto Berengario Arnalli de Sales. Et dimitto Gilielmo Gaucefredi kastrum de Penna cum ipsa kastellania et cum ipso feuo de Aguaca, quem Arnallus Tallant tenet per me, et habeat iam dictum kastrum cum ipso feuo per Gilielmum Remundi. Et dimitto [e]um in sua baiulia. Et ipsa mea mula melior ad opera aecclesiae Sancti Iohannis et ciphos argenteos cum anulo ad restaurandam cruce Sancti Iohannis. Et ipsos gradals dimitto Sancto Iohanni ut sint patene ad corpus Domini. Et ipsam mulam, quam habui de Roselo, dimitto Sancte Marie Paniceris. Et meam mulam nigram archiepiscopo Terrachone, ita ut donet Bernardo¹⁶ capiti

¹³ L'escrivà inicialment va escriure *bainlies* però ho corregeix per *baiuliis*.

¹⁴ La essa escrita sobre la línia.

¹⁵ La te escrita sobre la línia.

¹⁶ La escrita sobre la línia.

scole II^{as} libras plate aut accipiat¹⁷ ab¹⁸ eo iam dicta ipsa mea mula baia de somer cum ipso lecto et zabenis et pannis. Et ipsa cholcedra¹⁹ et salma cum ipso stramento, dimitto Raimundo Gilielmi clerico. Et ipsam mulam quam habet Ponci Otonis dimitto sibi, tali modo ut donet inde unam libram plate episcopo Ierunde, quem deprecor ut me absoluat. Et Petrus Bernardi per ipsum mulum, quem mihi debet, donet aliam libram plate ad ipsum Ospital de Ierunda. Et illud censum, quod male superposui et adcreui meis hom<i>nibus de Sennarucio et Vitabona et Tamadela, penitet me fecisse et precor abbatem Riupollensem ut illi pagenses non faciam alium censum nisi illum quem cum patre meo dederunt. Et superpellicium meum²⁰ cum pellicia habeat Petrus Gilielmus clericus. Et ipsas [meas] oues, quas habeo in Aguaca et in Sorrocha, cum quatuor equabus dimitto Sancto Iohanni.²¹

[Actum] est hoc testamentum idus ianuari, anno XXXIII regni Philipi regis.

SSS Ego Remundus Guilielmi, clericus, ad uicem iam dicti testatoris hoc testamentum sua iussione firmo.*

Barnardus [Iohannis], clericus +,* qui hoc testamentum fieri iussi signo puncti firmaui²² et testibus firmare rogavi.

Sig+num Guilielmus Raimundi. Sig+num Gilielmi Petri. Sig+num Arnall Talant. Sig+num Petri Suniarii. Sig+num Gilielm Gaucefredi. + Petrus Guilielmi.* Sig+num Bernardus, capellano.*

[...], sacer, qui hoc testamentum rogatus scripsi et subscripsit die et anno quo supra.

¹⁷ Les is i la darrera a escrites sobre la línia.

¹⁸ Des de *ita ut* fins a *ab* escrit en un segon moment sobre una correcció.

¹⁹ La erra escrita damunt una a anterior.

²⁰ A continuació hi ha un espai en blanc corresponent a unes cinc lletres.

²¹ La i afegida sobre la e.

²² La u corregida sobre una ena anterior.

1093, gener, 22

Bernat Joan, clergue, confirma a Santa Maria de Vilabertran les deixes fetes en el seu testament, tot i que aquí especifica que el mas de Fullosa, llegat al seu nebot Pere Guillem, després del seu òbit passi a Sant Joan de Ripoll, amb excepció de l'alou que dona a la susdita canònica i a Santa Maria de Lladó. Aquest alou és al comtat d'Osona, a la Vall de Sant Joan.

A: Original perdut.

B: Còpia simple. Barcelona, ACA, Cancelleria, Berenguer Ramon III, carp. 27, núm. 4.¹

- a. MONSALVATGE I FOSSAS, Francesc. *Noticias históricas*. vol. 15, núm. 2200, p. 291-294.
- b. FERRER I GODOY, Joan. *Diplomatari del monestir de Sant Joan de les Abadesses*, doc. 44.
- c. BAIGES, Ignasi J.; FELIU Gaspar; SALRACH, Josep M. (dirs.). *Els Pergamins de l'Arxiu*, doc. 246.

Lex enim est data per quam donatio facta ius se hostenditur. Per hunc modum ego Bernardus Iohannis, in Dei aeterni nomine et Saluatoris nostri Iesu Christi, donator sum [Domino Deo et Sancto] Iohanni Baptiste quia magnum michi et satis licitum esse videtur domum Dei hedicare ubique et de rebus meis honorare atque concedere. Audiens predicationem et monita sanctorum patrum quia elemosina a morte liberat animam, hidcirco haec me recognoscente peccatorum maculas inuolutum, compunctus corde de superna caelorum pietate, supplicans Dei misericordiam ut ipse pius et misericors dignetur esse in peccatis meis. Quapropter ego, predictus Bernardus, dono atque trado Deo et Sancto Iohanni Babtiste aecclesiam Sancti Martini quem uocant de Aquacia cum decimis et primiciis et fidelium oblationibus siue cum omnibus suis pertinentiis atque directis, solide et libere, ut habeat et teneat atque possideat. Similiter autem dimitto ipsum mansum quem tenet Iohannis Alarici cum omnibus suis pertinenciis, tali modo ut teneat Guillelmus Raimundi dum uiuit et post obitum eius remaneat in potestate Sancti Iohannis. Iterum dimitto ipsum mansum quem tenet Bertrandus Poncii per me, dimitto Sancto Iohanni similiter post obitum Guillelmi Raimundi et Bertrandi. Item dimitto ipsum mansum de Connamina, quem pater meus dedit Sancto Iohanni, similiter dimitto. Iterum dimitto predicto aliud cunctum meum alodium, quod ego habeo infra iam dictam parroechiam Sancti Martini, scilicet, mansos cum terris uel laborationibus hominum habitantium in ipsis,

¹ a, b i c el consideren original.

simul cum heremis et boscis, calmbus et pasturis et tractis et ipsum puium in quo castrum Penne est constructum, cum ipso Monte Irato et ipso Monte de Taga et Colle de Ioue, sine ulla reseruatione uel diminutione. Insuper autem dimitto iam dicto Sancto Iohanni omnem meum alodium de Gesso cum omnibus suis pertinentiis que ad eundem alodium pertinent, qui michi aduenit per parentibus meis, et aliud alodium quod ego predictus Bernardus teneo in iam dicto Gesso et in Ennegonibus per pignoram de centum mancusis Cetinis aut Iafarinis, qui fuit olim de Bernard de Belauzel, dimitto predicto Sancto Iohanni, tali tenore ut, si aliquis ex eius propinquis, cui legaliter successerit, redimere uoluerit donet iam dictos mancosos Sancto Iohanni et clericis eius. Item uero dimitto supradicto Sancto Iohanni omnia sua alodia et aeclessias et pignora quas ego teneo per qualicumque modo sine ulla diminutione uel reseruatione, quod superius scriptum est, totum dono Deo et Sancto Iohanni. Et alium mansum de Fuliosa remaneat Petro Guillelmi, nepoti meo, in uita sua, et post obitum eius remaneat Sancti Iohanni ad proprium, exceptus ipsum alodium quem ego dono Sanctae Mariae de Villa Bertrandi et Sancte Marie quem uocant de Lodone. Est autem hoc alodio in comitatu Ausona, in ualle Sancti Iohannis, ipsum alodem prenominatum cum omnibus affrontationibus a parte orientis in riuo de Malathosca, de meridie autem in flumine Ticeri, de occiduo in riuo de Fafilans siue in Freuer, et de circi in Taga uel in Portoles. Quantum inter istas quator affrontationes includunt, sic dono ad domum Sancti Iohannis, qui est fundatus in comitatu Ausona, in ualle Riopullo, iuxta flumem que uocant Teder, totum ab integrum, sicut superius scriptum est, sine ulla retinentia uel reseruatione. Quem uero ipsa omnia superius scripta de meo iure in potestate Sancti Iohannis trado in perpetuo habendum. Et est manifestum. Quod ego donator aut ullusque homo qui contra ista carta donationis uenerit ad inrumpendum, in primis iram Dei incurrat et extraneus sit a corpore et sanguine Domini et cum Iuda Scharioth pars paena possideat. Et postea ista carta donationis firma et stabilis permaneat modo uel omnique tempore. Et haec donatio quod infringere temptauerit in triplo componat.

Que est facta XI kalendas februarii, in XXXIII anno Phillippi regis.

Bernardus Iohannis, clericus +, qui hanc cartam donationis sua propria manu punctatim firmaui et aliis testibus firmatores rogauit.

Wilielmus, prior (*senyal*). Bernardus, sacer (*senyal*). Sig+num Raimundus. Sig+num Bernardus, sacer. Sig+num Gerallus. + Bernardus, caput scole et iudex. + Bernardus, gratia Dei, comes. Sig+num Matellis, comitissa. Sig+num Raimundus, leuita. Sig+num

Raimundus, sacer. Sig+num Petrus, leuita. Sig+num Berenger Pere. Sig+num Uzalardus,
uicecomiti. Berenguarius, gratia Dei, Tarrachonensis archiepiscopus +.

Petrus, leuita, qui hanc scriptura donationis rogatus scripsit, cum litteris superpositis
in xv^a linea, sub (*senyal*) die et anno quo supra.

1093, febrer, 11

Guillem Sonifred, abans d'emprendre un viatge a Roma, fa testament, en el qual disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual deixa un mas que té a Sant Pere de Montagut, anomenat Colomer, i la tercera part de la resta dels seus béns i una lliura de plata.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 221.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 199.

In lio de Montagut. 3 idus februarii, anno 33 regni Philippi regis. Guillelmus Seniofredi, cupiens ire Romam, *fa testament, i se deixa la sepultura en lo cementiri de la iglesia de Vilabertran, si en estas terras morís, en cuia iglesia dexa un mas en Sant Pere de Montagut, anomenat Palumbario, y la tercera part de la coromina y dels olivasos y tot lo demes que puga tenir abont se vulla.* Item una libra de plata. Item ad Sanctam Mariam de Ludono mediam libram platae. Item de omnibus aliis rebus tertiam partem ad Sanctam Mariam de Vilabertrando. Aliam 3 partem ad Sanctam Mariam de Luduno, medietatem quoque de alia 3 parte ad opera Sancti Iacobi de Gallicia, aliam medietatem ut mei elemosinarii melius viderint.

1093, març, 19

Pere Gerall fa testament, en el qual nomena marmessors els seus germans Bernat Gerall i Dalmau Gerall, i Ramon Miró i Pere Adroer; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual deixa una feixa de terra amb un mas enrunat i una peça de terra d'un quadre que té a mitges amb Ponç Olomar; també li deixa la meitat seva d'un mallol plantat per Ramon Guifrà prop de la susdita vila així com un bou. A la seva muller, li llega, entre d'altres béns, un mas que té a la vila de Morasac, dins la parròquia de Sant Martí de Peralada, però disposa que després de la seva mort passi a l'església de Santa Maria de Vilabertran juntament amb tot el que pertany a aquest mas dins els termes de Santa Maria de l'Om.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5549, perg. 46.

C: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Esriptures*, doc. 200.

₂Hec est scriptura testamenti quod facio ego Petrus Geraldi. Primitus precor ut sint helemosinariū mei, scilicet, fratres mei, Bernardus et Dalmacius, et Raimundus Mironis et Petrus Adroarii, qui post obitum meum fideliter distribuunt omnia mea, sicut hic inuenerint scriptum. In primis sepeliatur corpus meum in cimiterio Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto predicte Sancte Marie, in parrochia Sancti Iulianis de Furtiano, fexam unam de terra cum ipso manso destructo et peciam unam de terra, scilicet, de ipsa medietate duas partes ad ipsum quadrum quod abeo cum Poncio Ullumari. Et de ipso maliolo, [quod] plantauit Raimundus Guifredi prope iam dictam uillam, dimitto predicte Sancte Marie medietatem meam et uouem unum de meo mobile. Et ad uxorem meam dimitto mansum unum in parrochia Sancti Martini de Petralata, in uilla uidelicet que uocatur Moranciago, cum terris et uineis et omnibus sibi pertinentibus. Et in Villare Natalis medietatem unius mansi, in quo abitat Berengarius, cum omnibus sibi pertinentibus. Post cuius obitum remaneat predictum mansum de Moranciago cum omnibus sibi pertinentibus ad ecclesiam iam dicte Sancte Marie ab integro cum his que sunt infra terminos Sancte Marie de Ulmo pertinentibus ad iam dictum mansum. Et medietatem de iam dicti mansi de Villare Natalis remaneat iam dicto Bernardo, fratri meo. Alios uero alodios meos atque feuos remaneant similiter predicto fratri meo Bernardo. Et, si illi placuerit, teneat Dalmacius, frater meus,¹

¹ A continuació, hi ha una pe abreujada amb el valor de *per* expuntuada.

terciam partem decimarum ecclesie Sancte Martini de Miseracho per manus iam dicti fratris mei Bernardi. Et Sancte Marie de Ulmo et Sancto Martino et Sancto Petro de Villare Natalis et capellano ipsarum ecclesiarum cum suis clericis dimitto asinum meum cum tina una. Et predicte uxori mee dimitto uaccam unam et oues meas et laneficium et drapos et uexellum unum. Aliud uero mobile quod remanserit dimitto predicto fratri meo Bernardo ab integro. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Facto hoc testamento XIII kalendas aprilis, anno XXXIII regni Philippi regis.

Signum Petri Geraldii, qui hoc testamentum fieri iussi et firmaui et firmari rogavi et dimitto predicto fratri meo Bernardo unam libram de plata in ipso cauallo.

Signum Arnaldi, clerici. Signum Andree Seniofredi. Signum Petri Adroari.

Petrus, leuita, qui hoc testamentum scripsi, subscripsi die annoque prefixo.

1093, abril, 1

Ramon Guillem, Tomàs Sesmon i Guillem Jobert, marmessors de Pere Guifrè, donen a Santa Maria de Vilabertran l'alou que aquest tenia al comtat de Peralada, a les parròquies de Santa Eulàlia de Noves i Sant Martí de Peralada, exceptuant-ne el que havia deixat al seu germà Ramon Guillem als llocs anomenats Mated, Palol, Reixac i Coma Durable, així com el que llegà a la seva tia materna Sicards, i al marit d'aquesta, l'esmentat Tomàs Sesmon, en dos llocs: una petita peça de vinya situada a Mated i una altra de terra del paratge dit Camp d'Elies.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5528, perg. 48.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 201.

5In Christi nomine. Nos pariter, uidelicet, Remundus Gilielmi et Thomas Sesmundi et Gilielmus Gaucberti, qui sumus manumissores et helemosinarii de condam Petri Guifredi, donatores sumus Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi ipsum alodium cunctum, quod ille habebat in comitatu Petralatensi, in parrochia Sancte Eulalie de Noues siue Sancti Martini de Petrelate. Certum quidem et manifestum est enim quia precepit nobis atque iniunxit ut scripturam donationis fecissemus Domino Deo et iam dicte Sancte Marie, sicuti et facimus. Sicut terminatur et concluditur prephatum alodium a parte orientis et meridiei siue occidui atque circi, sic donamus predicte Sancte Marie pro iussione et testatione extreme uoluntatis iam dicti Petri Guifredi uerbis tantu¹ modo promulgata, exceptus hoc quod dimisit Remundo Gilielmini, fratri suo, in loco uocitato Mated siue in Paladol et in Rexago siue in Coma Durabile; et ipsum quod dimisit Sichardi, matertere sue, et iam dicto uiro suo, Thome, in duobus locis, uidelicet, in iam dicto Mated peciolam unam uinee; et in alio loco petiolam aliam terre, in loco uocitato ad Campum Elie. Prephatum uero alodium cum uniuersis in se habentibus, exceptus ipsud quod nobis dimisit, de nostro iure et dominatione in potestate predicte Sancte Marie et suorum² clericorum³ donamus atque tradimus omni tempore possidendum. Si quis autem hanc scripturam donationis et mercede largitionis ad irrumpendum uenerit, nil proficiat, sed ut sacrilegus componat. Et inantea hec scriptura firma permaneat.

¹ L'escrivà escriu *tanta*, però s'adona que volia dir *tantu* i escriu una *u* sobre la lletra *a*.

² Al davant de *suorum* hi ha ce esborrada.

³ La primera ce està escrita damunt una i prèvia.

Acta est autem hec kalendas aprilis, anno XXXIII regni Philippi regis.

Sig+num Remundi Gilielmi, sig+num Thome Sesmundi, sig+num Gilielmini Gauberti, qui hanc scripturam donationis et mercede largitionis fieri iussimus et firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Remundi Petri, baptizati. Sig+num Mironis Sperandei. Sig+num Bernardi Petri.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1093, abril, 25

Isarn fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran dos masos amb camps, vinyes i terres situats dins els termes de la parròquia de la vila Garrigàs.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Isarni, quo legat dicte ecclesie duos mansos, campos, vineas et terras sitas infra parochiam ville Garriganis.

7 chalendas maii, anno 33 Philippi regis.

n. 238

1093, maig, 11

Ponç Sonifred i Adaleds, esposos, donen i venen a Santa Maria de Vilabertran una peça de terra que l'esmentada Adaleds havia heretat del seu pare, situada al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Pere de Figueres, sobre Perafita, pel preu d'un sester d'ordi valorat en 10 sous, que reben del sagristà perquè ho tingui al servei de l'altar de la predita església.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9881, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 147v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 296v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 202.

³In nomine Domini. Ego Poncius Seniofredi et uxor mea Adalaidis uindimus simul in unum Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium nostrum proprium,¹ quod habemus in comitatu Petralatensi, infra fines et terminos parrochie Sancti Petri de Ficulneis. Et est ipsum alodium pecia una de terra, que habetur supra Petram Fixam. Et aduenit mihi Poncio predictum² alodium per uocem uxoris mee et ad me Adalaidis per uocem patris mei seu per qualescumque uoces. Et affrontat iam dicta terra a parte oriéntis in terra predictae Sancte Marie, que uocant Gonfort et abet dextros VI, de meridie in terra iam dicte Sancte Marie et abet dextros XIII, de occiduo in terra Arnalli Udalgarii et fratris sui et abet dextros V, a parte uero circi in terra Raimundi Poncii et fratrum suorum et abet dextros XIII. Quantum infra istas quatuor affrontaciones includitur, de nostro iam dicto alodio, totum ab integro, cum exiis et regressiis suis³ sine ulla occasione et reseruatione et sine engan uendimus, ut dictum est, Sancte Mariae. Et a nostro iure in suum dominium et potestatem tradimus tam pro remedio nostrorum peccatorum quam etiam pro precio unius sextarii de ordeo, ad precium decem solidorum, quem accepimus de sacri custode ipsius Sancte Marie, ut semper sit eius alodium proprium sine inquietudine ullius uiuentis. Et habeat eum et teneat sacrista Sancte Marie in seruitio altaris ut ei placuerit. Quod si nos uinditores aut ullus uiuens homo uel femina, qui contra hanc scripturam uindicionis uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat predictum

¹ *proprium* afegit sobre la línia.

² La u corregida sobre una o.

³ La primera esssa de *suis* està escrita sobre una i i la e que precedeix aquesta està expuntuada.

alodium in duplo cum sua melioratione. Et inantea hec scriptura uinditionis firma et stabilis permaneat omni tempore.

Facta autem hec scriptura uindicionis V idus mai, anno XXXIII regni Philippi regis.

Sig+num Poncii, sig+num Adalaidis, nos simul in unum⁴ qui hanc scripturam uenditionis fieri iussimus, firmauimus et firmari rogauimus.

Si+gnum Petri Iohannis. Si+gnum Miri Sperandei. Si+gnum Petri Pilie. Si+gnum Petrus Remundi.*

Giscafredus, presbiter, qui hanc scripturam uinditionis rogatus scripsit cum litteris super positis in primo et in decimo lineo sub die subscripsit et anno quo supra.

⁴ *in unum* afegit sobre la l nia.

1093, maig, 19

Guillem Pere dona a Santa Maria de Vilabertran un mas que té al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Esteve de Guialbes, a l'indret anomenat Vilar d'Oriol, altrament dit Olives. L'esposa de l'atorgant, Goclèn, dona també la seva conformitat, així com llurs fills Àlbar, Bernat i Esclèria.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10038, perg. 137.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 203.

₃In nomine Domini. Ego Gilielmus Petri dono Domino Deo et Sancte Mariae Vi[[le B]ertrandi alodium meum omne, quod habeo in comitatu Gerundensi, infra terminos parrochie Sancti Stephani de Ecclesiis Albis, in loco, scilicet, qui dicitur Villar Oriol et alio nomine Oliuas. Et est ipsum alodium mansum unum cum omnibus sibi pertinentibus, terris, uineis, arboribus diuersi generis, cultis et heremis, que ad usum uel utilitatem ullius uiuentis apta esse creduntur. Aduenit uero mihi prephatum alodium per uocem parentorum meorum seu per comparationem aut per qualescumque uoces. Sicut ergo terminatur et concluditur a parte orientis et occidentis, meridiei et aquilonis, totum ab integro, absque ulla diminutione uel retinendi occasione cum exiis et regressis et affrontationibus et uniuersis in se habentibus, sicut in meo resonat testamento et [in hac carta] est scriptum, dono prelibatum alodium¹ prephate Sancte Marie et a meo iure in suum [dominium et potestatem] et suorum clericorum ad proprium alodium trado atque delibero. Si quis uero hanc scripturam irrumpere temptauerit, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed iam dicta omnia prescripta Sancte Marie et suis clericis in duplo componat. Et postmodum hec scriptura firma permaneat.

Acta est hec XIII kalendas iunii, anno XXXIII regni Philipi regis.

Sig+num Gilielmi Petri, qui hanc scripturam fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

¹ *alodium* està escrit sobre la línia.

Sig+num [Alua]rii,² filius eius; sig+num Bernardi, filius eius; sig+num Escleria, filia eius, qui hanc scripturam firmando laudamus. Sig+num Gauclendis, uxoris iam dicti [...] meum decimum firmo.

Sig+num Gaucfredi Segarii. Sig+num Berengarii Petri. Sig+num Arnalli Ihoanni. Sig+num Raimundi Petri.

Gilielmus, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno [quo supra cum] litteris super positas et [...].

² C hi llegeix un improbable *Berengarii*. La meva lectura no és tampoc segura del tot.

1093, juny, 13

Berenguer Bernat fa testament, en el qual nomena marmessors la seva esposa, Sibil·la, Bernat Odó, Guillem Bernat de Biure, Guillem Bernat de Torrent i Pere Rigall, prelat de Santa Maria de Vilabertran; disposa d'ésser sebollit al cementiri d'aquesta església, a la qual llega el seu cavall i armadura i mig alou que té a la parròquia de Sant Vicenç de Vilamalla, a l'indret anomenat Forques, però, si moria sense descendència legítima, el deixava sencer per a la predita canònica. Si tenia un fill de legítim matrimoni, deixava a aquest tot l'honor amb l'alou sencer després de la mort de Sibil·la; però, si no el tenia o no arribava a l'edat adulta, també havia de quedar l'alou per a Santa Maria de Vilabertran, però l'honor per a Bertran i Arnall, fills de Jofre Seguer. Finalment, disposa que, dels seus béns mobles, una vegada pagats els seus deutes, els marmessors en prenguin una tercera part, i que d'una tercera part d'aquesta partició en facin dues altres meitats, una de les quals havia d'ésser per a Santa Maria de Vilabertran.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9883, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 228.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 204.

₃Semper a cunctis timendus est uite finis, quapropter ego Berengarius Bernardi in Dei nomine, sollicitus de die obitus mei, ordino testamentum meum taliter: primitus precor ut sint helemosinarii mei, scilicet, uxor mea Sibilla et Bernardus Odonis et Gilielmus Bernardi de Beneuiere et Gilielmus Bernardi de Torrente et Petrus Rigualdi, prelatus Sancte Marie Ville Bertrandi, qui potentialiter atque fideliter distribuunt omnia mea mobilia et immobilia mea, sicut in hoc testamento inuenerint ordinatum. In primis iubeo corpus meum sepeliri in cimitterio Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto predictae Sancte Marie caballum meum quem habuero ad diem obitus mei cum omnibus armaturis meis et medietatem alodiū mei quod habeo in parrochia Sancti Vincentii de Villa Dalmala, scilicet, in Furchas. Et, si non habuero infante de legitimo coniugio, remaneat totum alodium predictum de Furchas predictae Sancte Marie ab integro. Et uxori mee Sibill[e] dimitto ipsum alodium quod ei dedi per scripturam donationis. Et, si habuero infante de legitimo coniugio, remaneat ei omne meum honorem si ad aetatem uenerit cum ipso alodio quod retinui post obitum Sibille. Si uero non habuero aut si habuero et ad aetatem non uenerit,

remaneat predictum alodium iam dicte Sanctae Mariae, et omne honorem meum remaneat Bertrando et Arnallo, filiis Gaucefredii Segarii. Et faciat Sibilla predicta uxor mea afidamentum ad predictum Gaucefredum Segarii et ad predictos filios suos, ut, post obitum predictae Sibille, non perdant ipsum castrum de Auinione cum omnibus sibi pertinentibus. Et hoc afidamentum fiat factum in collaudatione predicti Bernardi Odonis et filii sui, Berengarii, et predicti Gilielmi Bernardi de Rupidello et Gilielmi Bernardi de Torr ent et Adalberti Gustrimiri. Et ipsa predicta uxor mea teneat in diebus uitae suae ipsum meum feuum de Ordeis et ipsum feuum laichale quod teneo in parrochia Sancti Stephani de Manibulo per seniores de Nauata. Post obitum suum, remaneat illis quibus honor meus erit. Et predictus Gaucefredus aut filii eius, post obitum eiusdem, retineant de dominicis de predicta honore unum de melioribus, quod uoluerint, et alium honorem teneat predictus Bernardus Odonis aut filius eius per manus predictorum filiorum Gaucefredi Segarii. Et propter hoc dimitto illis predictum honorem ut fidem portent predictae Sibille dum uiua fuerit de hoc quod ei relinquo. Et ipsum campum quem habeo cum Sancta Maria de Ludonis dimitto eidem Sancte Marie post obitum predictae Sibillae. Et ipsum feuum quod teneo de Sancto Michaele remaneat predicto Sancto Michaeli, sicut resonat in suo scripto quod ei feci. Et Sancto Laurentio dimitto pernam unam et eminam una de ciuada, quas habeo in suo alodio. Et de meo mobile, solutis debitis, accipiant mei helemosinarii ad opus meum terciam partem. Duas uero remaneant predictae Sibille aut cum infantibus aut sine infantibus, exceptum caballum cum armaturis, quod superius testatum est. Et de ipsa mea tercia parte de alio predicto mobile faciant duas partes: unam partem donent predictae Sancte Marie Ville Bertrandi, alteram uero donent Sancto Stephano et suis clericis. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Facto hoc testamento idus iuni, anno XXXIII regni Philippi regis.

Sig+num Berengarii Bernardi, qui hoc testamentum fieri iussi firmaui et firmari rogauit.

Sig+num Berengarii, filii Bernardi Odonis. Sig+num Gilielmi Petri. Sig+num Bernardi Arnalli. Sig+num Iordanis. Sig+num Gilielmi Geraldii. Sig+num Guilielmi Bernardi de Rupidello. Sig+num Gilielmi Seniofredi.

Berengarius, leuita, qui hoc testamentum scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1093, juny, 14

Elliards i el seu fill Bernat venen a l'església de Santa Maria de Vilabertran un alou situat a als termes de la parròquia de Santa Maria de Vilanant.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 83.

In sacco inscripto "Vilanant y Taranans"

Venditio facta per Eliardim et Bernardum, eius filium, Domino Deo et Sancte Marie Villebertrandi de alodio sito in parochia Sancte Marie Villeabundanti.

18 chalendas julii, anno 33 regni Philippi regis.

n. 4. Est duplicata.

1093, juliol, 5

Ponç Adalbert fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran la meitat d'un mas de la Garriga i una feixa de terra a les Talpegueres així com la meitat d'una vinya que té a la parròquia de Sant Silvestre [de Valleta].

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Pontii Adalberti, quo legat dicte ecclesie medietatem mansi de Garriga et fexiam terre ad ipsas Talpegeres et medietatem vinee quam habet in parochia Sancti Silvestri.

3 nonas julii, anno 34 Philippi regis.

n. 149

1093, juliol, 25

Dalman Arnall fa testament, en el qual nomena marmessors Arnall Udalguer, Ramon Udalguer, Gerall Llobató i Jobert Sonifred; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega el seu mas amb una quarterada de terra que l'envolta juntament amb les oliveres, les figueres i altres arbres que hi té, situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Pere de Figueres; deixa també a aquesta canònica una quarterada de vinya amb un quadre de terra que té a la mateixa parròquia, a l'indret anomenat Coma de Gisan. Estableix la condició, però, que el seu nebot Dalman ho tingui tot de per vida per mà dels clergues i els pagui el cens anual d'un parell de gallines, un parell de fogaces, el quart de les oliveres i dels altres arbres pel mas, i el quart de la vinya i la tasca del quadre de terra. També deixa a Santa Maria de Vilabertran quatre sesters de blat i quatre de vi, i deu ovelles; i disposa per a la refecció dels seus clergues un porc, una aimina de forment i un sester de vi. Finalment, deixa el seu nebot Dalman sota la guarda i tuició de Déu, de Santa Maria i de Jofre Seguer.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9882, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 213.

3In nomine Domini. Ego Dalmacius Arnalli detentus egritudine, unde timeo mori et eligo manumissores meos, scilicet, Arnallum¹ Uzalgerii et Raimundum Uzalgerii et Geraldum Lubatoni et Gauceburtum [Se]niofredi, ut isti abeant potestatem distribuendi post mortem meam omnem haberem meum, mobilem et immobilem, sicut in hoc testamento ordinauero. In primis iubeo corpus meum sepeliri in cimiterio Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto eidem Sancte Marie ipsum meum² mansum cum ipsa quarterada de terra, que in circuitu manso³ est, et cum ipsas oliuarias et ficulneas et aliis arboribus cum exitibus et regressibus uniuersis, qui est in comitatu Bisildunensis,⁴ infra fines et terminos parrochie Sancti Petri de Ficulneis. Et insuper dimitto predicte Sancte Marie quarteradam unam de uinea cum suis affrontacionibus, que est infra parrochia predicta, ad ipsa⁵ Cuma de Gisan, cum ipso quadre de terra, quod est in predicta coma, tali tenore ut nepos meus Dalmacius

¹ L'escrivà inicialment va escriure *Arnallus* però després hi va afegir el signe d'abreviatura per a *-um* sense esmenar la essa.

² Sobre *meum* hi ha una ema no cancel·lada que és sobrerera.

³ Des de *mansum cum* fins a *in circuitu ma* escrit després d'una correcció.

⁴ La lletra *ela* està escrita sobre una *e* anterior.

⁵ Les lletres *ips* estan escrites damunt una correcció.

teneat per manus clericorum predicte Sancte Marie et donet censum de ipso manso parilium unum de gallinas et parilium de fogacas et quartum de predictis oliuariis et de aliis arboribus et quartum de predicta uinea et tascham de predicto quadre. Alium cunctum meum alodium, excepto ipso superius textato, dimito nepoti meo Dalmacio et dimitto predicte Sancte Marie III^{or} sestarios de blad et III de uino et X oues. Ad Sanctum Petrum de Ficulneis unum bouum ad calicem. Ad capellanum et ad suos clericos⁶ uaccam unam et pullum unum aseninum. Et Raimundo Petri II arietes. Et ad refectionem clericorum predicte Sancte Marie dimito meum porcum et eminam frumenti et sextarium I uini. Et Arnalli Uzalgarii et fratri suo Raimundo dimito unam uedellam. Et ad Gaucefredum Segarii bouum unum. Et Raimundo Otonis II capras et ad Geraldum Lobató et Gauceberto Seniofredi uexellum minorem. Et Dalmacio Bernardi dimito medietatem de ipso bubo quem abeo cum capellano. Et ad Sanctum Stephanum tinam unam que fuit de Gauceberto Oliue. Ad capellanum III solidos. Alium cunctum meum mobilem dimitto⁷ Dalmacio, nepoti meo. Et dimito eum in tuicione et guarda Domino Deo et Sancte Marie et Gaucefredi Segarii et aliorum bonorum hominum, qui eum bene regere uoluerint. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Acto hoc testamento VIII kalendas augusti, anno XXXIII regni Philipi regis.

Sig+num Dalmacii, qui hunc⁸ testamentum fieri iussi, firmaui et testes firmare rogauí.

Sig+num Raimundi Otonis. Sig+num Petri Bernardi. Sig+num Enge Guifredi.

Petrus, leuita, qui hunc⁹ testamentum scripsi, subscripsi die annoque prefixo.

⁶ La síl·laba *ri* de *clericus* està escrita sobre la línia.

⁷ Després de *dimitto* hi ha un text esborrat i cancel·lat corresponent a un espai d'unes disset lletres. Al damunt l'escrivà hi va traçar una línia.

⁸ Primer va escriure *hoc* i després ho va corregir en *hunc*.

⁹ Primer va escriure *hoc* i després ho va corregir en *hunc*.

1093, agost, 27

Branuí, prevere, dóna a Santa Maria de Vilabertran el mas on habita, situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Julià de Llers.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5568, perg. 47.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 257.

₂In nomine Domini. Ego Branuinus, presbiter, donator sum Domino Deo et Sancte Virgini Marie que ueneratur in ecclesia Ville Bertrandi. Manifestum sit omnibus quia placet animis meis ut scriptura donacionis faciam, sicuti et facio, predicte Sancte Marie de omni meo et de alodio condam filii mei, Petri, quod nos habemus in comitatu Bisuldunensi, in parrochia Sancti Iuliani de Lercio, scilicet, mansum nostrum, in quo habitamus cum omnibus sibi apendentibus, domibus uidelicet et clausis, oliuaris et ceteris arboribus, terris et uineis, cultis et eremis, aquis et pascuis, boscis et garricis, sicut dici et nominari potest ad usum et seruicium hominum. Que omnia aduenerunt nobis de parentibus nostris et de emcionibus et pro qualicumque uoces. Predicta uero alodia cum uniuersis sibi pertinentibus dono et trado ego predictus Brenuinus in dominium et potestatem predicte Sancte Marie cum uniuersis affrontacionibus et exitibus et regressibus¹ pro remissione anime mee et anime predicti filii mei. Si quis autem anc scripturam donacionis nostre uenerit ad irrupendum, ad nichilum ei proficiat, set ut sacrilegus componat iam dicta omnia ad prelibatam ecclesiam Sancte Marie. Et inantea ec scriptura omni tempore manead firma.

Acta autem ec scriptura VI kalendas septembris, anno XXX° IIII° regni Filippi regis.²

S+ignum Branuini, presbiteri, qui anc scripturam donacionis fieri iussi et firmaui et firmari rogau.

S+ignum Ramun Arneit. S+ignum Guilemus Dalmacii. S+ignum Remun Gilelmi. S+ignum Suniari Durandi. S+ignum Martini Dominici. S+ignum Ramundi Gilaberti. S+ignum Petri Amalrici.

¹ A continuació hi ha un *si quis* cancel·lat.

² C el data de circa 1100.

Petrus, subdiaconus, qui anc scripturam donacionis scripsit et sub die et anno scripsit quo supra.

1093, setembre, 16

Guillem Arnall dóna a Santa Maria de Vilabertran un clos que té al comtat de Besalú, a la parròquia de Santa Eulàlia de Begudà, a l'indret anomenat Vallmala.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9993, perg. 429.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 208.

⁴In nomine Domini. Ego G[iliel]mus Arnalli facio fidem scripturam donationis [...] Ville Bertrandi de alodio quod habeo in comitatu Bisuldunensi, [...] [ter]minos parrochie Sancte Eulalie de Bagudano, scilicet, ad ipsam ec[...] Malam. Est autem clausum unum de terra cum arboribus diuersi generis [...] in eisdem pendentibus, qui aduenit mihi per uocem parentum meorum [...] uoces. Affrontat uero a parte orientis in terra de uicecomite [...] meridie in alodio Mironis Gilielmi de Betedo, a parte uero circi [...] iam dicte Sancte Marie. Quantum infra istas IIII^{or} affronta[ciones] [...], totum ab integro, absque ullo retentu dono iam dicte Sancte [...] iure in suum dominium et potestatem suorum clericorum trado ad [...] exitibus et regressibus cunctis. Si quis uero hanc scripturam irru[umpere] [...], non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed iam dicta [...] Marie in duplo componat cum sua melioratione. Et [...] consistat omni tempore.

Que est acta XVI kalendas octobris, anno [...]¹ rege regnante.

Sig+num Gilielmi Arnalli, qui hanc scripturam [...] firmaui et firmare rogau.

Sig+num [...]. Sig+num [...]. Sig+num [...].

Gilielmus, qui hanc scripturam donationis scripsit die et anno quod supra.

¹ B transcriu: 16 chalendas octobris, anno 34 Philippi regis.

1093, setembre, 17

Cecília dóna a Santa Maria de Vilabertran dues peces de terra que té al comtat d'Empordà, a la parròquia de Sant Esteve de Vilacolum.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9886, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 209.

₂In Christi nomine. Ego Cecilia, femina, dono Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium meum proprium, scilicet, II^{as} pecias de terra, que michi adueniunt per uocem patris mei seu genitricis mee.¹ Est namque predictum alodium in comitatu Empuritaniensis, infra fines et terminos parrochie Sancti Stephani de Villa Columbi. Et affrontat una terra de oriente in terra² de Arnost et abet dextros VI, de meridie similiter in terra de Arnost et abet dextros XIII, de occiduo in ipsa strada que uadit ad Salzed et abet dextros VI, de circi in terra de Poncio et abet dextros XIII. Et alia terra affrontat de oriente in ipsa uia que pergit ad Salzed et abet dextros XXVII, de meridie in terra de Poncio et abet dextros IIII, de occiduo in terra de Poncio et habet dextros XXVII, de parte uero circi in terra de Arnost et abet dextros V,³ qui abet alnas VI cum uncias tornatas et medio pede. Quantum infra istas IIII^{of} affrontaciones includunt, sic dono Domino Deo et Sancte Marie predicte propter Deum et remedium anime mee ut eius in perpetuum et suorum clericorum possidendi sit alodium.

Acta est autem hec scriptura donationis XV kalendas octobris, anno XXXIII regni Philipi regis.

Sig+num Cecilie, qui hanc scripturam donacionis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogauí.

Sig+num Petri Bernardi. Sig+num Vitali Adaolfi. Sig+num Geraldi Petri.

¹ Des de *que michi* fins a *genitricis mei* escrit sobre la línia.

² *in terra* afegit sobre la línia.

³ *ad extro* V repetit per diplografia.

Si quis hanc scripturam donacionis uenerit ad irumpendum, nil sibi proficiat, set
predicta omnia in duplo componat⁴ predicte Sancte Marie cum sua melioratione.

Petrus, leuita, qui hanc scripturam donacionis subscripsit die annoque prefixo.

⁴ corregit de *compreonat*.

1093, setembre, 21

Galceran dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran alou, consistent en cases, terres, vinyes, boscos, fonts, prats i pastures, que té al comtat de Besalú, a les parròquies de Sant Pere de Vila d'Oliba (els Vilars), Sant Cristòfol dels Horts, Sant Martí de Maçanet, Sant Feliu de Carbonills, Sant Miquel de Fontfreda i Santa Maria de Darnius, però n'exceptua un quart del mas i una vinya de Romegueres, que té per donació de la seva mare, i que cedeix a Ardmany.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9649, perg. 79.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 210.

In Christi nomine. Ego Galcerandus donator sum Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi. Manifestum sit cunctis quia placet animis meis ut scriptura donationis faciam, sicuti et facio, Domino Iesu Christo et Sancte Genitrici eius Marie que ueneratur in ecclesia Ville Bertrandi de omni meo alodio, quod ego habeo in comitatu Bisildunensi, in parrochia Sancti Petri de Villa Olibani uel Sancti Christofori et Sancti Martini et Sancti Felicis de Carbonilibus et Sancti Michaelis de Fonte Frigida et Sancte Marie Darnicibus, que omnia adueniunt michi de parentibus meis uel pro quaecunq[ue] uoce. Prenominata uero alodia, scilicet, domos constructas et heremas, terras et uineas, cultas et heremas, boschos et siluas, aquas et fontes, prata et pascua, montes et planicies, omnia in omnibus, sicut dici et nominari potest et in umano seruicio, ita ego predictus Golcerandus dono [...] uita de meo iure ex potestatem et dominium prelibate Sancte Marie et clericorum eiusdem ecclesie cum omnibus sibi pertinentibus, affrontacionibus scilicet et exitibus atque regressibus ab integro sine ullo retentu, excepta mea quarta¹ parte unius mansi, quod uocatur de Romegariis, [cum predicta uinea] que ego feci plantare in ipso campo quem mihi dedit mater mea in iam dictis Romegariis, quas dono ad Ardmang,² scilicet, predicta [quartam] partem mansi cum predicta uinea. Si quis autem hanc scripturam donationis mee uenerit ad irrumpendum, ad nichilum ei proficiat, et ira et indignatio furoris Domini ueniat super eum et excommunicatus a Domino atque extraneus ab omni christianitate per[maneat]

¹ *quarta* escrit sobre correcció.

² La ena està escrita sobre la línia.

in] perpetuum nisi resipuerit³ et satisfecerit ad prelibatam ecclesiam Sancte Marie. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat [firma].

Acta autem hec scriptura donationis XI kalendarum octobrium, anno XXX^o IIII^o regni Philipi regis.

Sig+num Gaucerandi, qui hanc scripturam donacionis fieri iussi, firmaui et firmari rogau.

Sig+num Petri Mironis. Sig+num Seniofredi Iohannis. Sig+num Petri Gilielmi. Sig+num Gaucefredi Bernardi.⁴

Petrus, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi, subscripsi die annoque prefixo.

³ La segona e està escrita sobre correcció i, a més, afegida sobre la línia.

⁴ Aquesta firma correspon a una altra mà, però diria que no es tracta d'una signatura autògrafa, com afirma B.

1093, setembre, 25

Adalards fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran un camp situat a la la parròquia de Sant Pere de Figueres.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio seu testamentum Adalardis femine, quo legat dicte ecclesie campum unum situm in parochia Sancti Petri de Ficulneis.

7 chalendas octobris, anno 34 Philippi regis.

n. 156

1093, octubre, 6

Joan Goltred dona a l'església de Santa Maria de Vilabertran un alou situat a la la parròquia de Sant Esteve de Guialbes, al terme del Vilar de Bels.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Joannem Goltredi dicte ecclesie de alodio in parochia Sancti Stephani de ecclesiis Albis et in termino Villari de Bels.

2 nonas octobris, anno 34 Philippi regis.

n. 157

1093, desembre, 27

Bernat Guilabert dona a Santa Maria de Vilabertran tota l'herència que té al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Pere de Figueres, però n'exceptua un farraginar, que ha donat a la seva parenta Clemència, amb reserva de tenir-ho ell a violari per mà de Pere Rigall i els altres clergues de la casa, tot pagant-ne una gallina i una fogassa cada any.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9884, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 211.

⁴In nomine Domini. Ego Bernardus Gilaberti dono Domino et Sancte Mariae Villae Bertrandi omnem hereditatem mei alodii, quod mihi aduenit per uocem genitorum meorum seu per qualescumque uoces, sicut habeo eum et teneo absque uinculo ullius hominis uel femine in comitatu Bisuldunensis, infra fines et terminos parroechiae Sancti Petri de Ficulneis, in diuersis locis, mansos, terras cultas et heremas, uineas, uineales, ortos, ortales, ueductus et reductus, arbores diuersi generis et omnia que ad usum uel utilitatem pertinent hominis cum exiis et regressis et affrontationibus uniuersis. A parte orientis et occidentis, meridiei et aquilonis, totum ab integro, absque ulla diminutione, excepto uno¹ ferragenales tantum, quod dedi Clementiae femine, mee parenti, ut dictum est, cetera omnia, ubicumque infra iam dictam parroechiam habeantur, pro remissione peccatorum meorum dono Domino et suae Genitrici prelibatae absque impedimento ullius uiuentis; et a meo iure in suum dominium trado et potestatem suorum clericorum ut habeant et possideant sicut alodium proprium in perpetuum. Et si quis hoc irrupere uoluerit, nullo modo facere possit, sed, quiscumque² sit, uir uel femina, utriusque sexus, cuiuscumque ordinis uel dignitatis a cetu fidelium segregatus ut Dathan et Habiron in infernum corruat uiuus eterna³ qua et ipsi pena absque mora dampnandus, donec respiscat et peccatum suum emendando legaliter agnoscat. Iam dictum⁴ uero alodium accipio eum ego Bernardus prescriptus per manum domni Petri Rigualdi, prelati, et suorum clericorum in uita mea. Post mortem meam sit, ut

¹ La o és correcció d'una a prèvia.

² L'escrivà va escriure *quisq* que és transformació d'una i.

³ La ena ha estat escrita damunt la línia després d'haver intentat corregir la síl·laba *ti* en ena.

⁴ Aquí hi ha una repetició per diplografia. El copista escriu *iam dictum* i deixa la línia en blanc fins a la següent on torna a repetir *iam dictum*.

dictum est, et quandiu eum tenuero donem inde censum et recognitionem gallinam I et fogaciam I Sancte Mariae omnibus annis.

Acta est autem haec scriptura donationis VI kalendas ianuarii, anno XXXVIII regnante Philippo rege.

Sig+num Bernardi Gilaberti, qui hanc scripturam donationis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Bernardi Raimundi. Sig+num Raimundi Petri. Sig+num Petri Pelia. Sig+num Berengarii Petri. Sig+num Guillelmi Raimundi, nepoti Bernardi Guilaberti, qui supra scriptam donationem laudo Domino Deo et Sancte Marie supra scripte Ville Bertrandi ut habeat eum et possideat omni tempore sine ullo retentu.⁵

Guilielmus, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

⁵ Aquesta signatura ha estat afegida en un altre moment i sembla d'una altra mà.

1093, desembre, 29

Arsèn dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas situat a la parròquia de Santa Cecília de Terrades, al lloc anomenat Mansió.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Arsendim dicte ecclesie de manso sito in parochia Sancte Cecilie de Terradis, loco vocato de Mansione.

4 chalendas januarii, anno 34 Philippi regis.

n. 147

1093 o 1094

En la relació de queixes adduïdes per l'Església d'Osona, consta la presentada contra Pere Rigall, a qui hom mana a que abandoni l'església de Sant Joan [de les Abadeses] i els seus béns que ha acceptat sota priorat i que torni a la seva església pròpia, la de Santa Maria de Vilabertran, que ha deixat; i això sota pena de quedar privat de l'ofici diví i de l'entrada a l'Església.

A: Original. Vic, ABEV, AC, cal. 9, episc. II, núm. 90 (abans cal. 6, núm. 136).

a: VILLANUEVA, Jaime. *Viaje*, tom. 6, ap. 37, p. 323-325.

b: ORDEIG I MATA, Ramon. *Diplomatari de la catedral de Vic, segle XI*, fasc. 4, doc. 1610.

Conqueritur Sancta Ausonensis Aecclesia super Deusdedit Bernardi,¹ qui aufert eidem aecclesiae² castrum de Monte Boio cum omnibus que ad ipsum castrum pertinent, qui debet esse dominicum³ episcopi. De Amato Oliue, qui aufert infra terminum ipsius castrum alodium quod Guilelmus sacrista⁴ ob remedium anime⁵ sue dimisit canonice prescripte sedis. Et in castro Tous auferunt eidem canonice alodium Salliforas. Et in castro de Rigadel, in Valle Formosa, auferunt prelibate canonice alodium quod Gaucerandus canonicus ei dimisit. Queritur etiam supra Bermundo Enrici, qui aufert et depredatur ibidem in Galliano alodia iam dicte canonice. Gaucerandus Miro, qui aufert tres parroechias de archidiaconatu nostre sedis. De Guilelmi Guisadi et suis, qui diripiunt et depredantur dominicaturas prelibate canonice, uidelicet, ipsam⁶ de Sancto Bauzilio⁷ et de Riuolato. Et de Bernardo Guilelmi de Gurbo, qui aufert nostre canonice aecclesiam⁸ Sancte Marie de Mesleo cum uniuersis decimis et alodiis et omnibus sibi pertinentibus et de ipso tercio de Granoiariis. Conquerimur de Raimundo Raimundi et Petro, fratre suo, qui auferunt nostrae canonice aecclesiam Sancti Ylarii sine ulla ratione. De aliis uero tan magnatibus quam mediocribus, qui auferunt sua predia iniuste nostre sedi et nostre canonice tam in Ausone

¹ *Bernardi* corregit de *Bernardo*.

² b *aeclesie*.

³ El final *cum de dominicum* està escrit sobre correcció.

⁴ La segona essa afegida en un segon moment.

⁵ *anime* escrit sobre correcció.

⁶ b *ipsa*.

⁷ La u afegida sobre la línia. a transcriu *Batbilio*.

⁸ b *aeclesiam*.

quam in Oristidano siue in committatu⁹ Minorisse. De ipsis uero presbiteris et clericis non tacemus qui habent emptos aecclesiasticos honores et tenent capellanas per laicales personas, de militibus qui ad suum opus tenent alodia, qui debent esse iuri aecclesiarum et deuenire in potestate clericorum. De filiis presbiterorum, qui iniuste et per datum precium faciunt suum ordinem. De his non tacemus qui habent facta sacrilegia in nostra sede et in multis aecclesiis in episcopatu Ausonensi. De ipsis uero querelam facimus qui abent treguam Dei fractam et ad episcopatu Ausonensi eiectam. De ipsis uero qui suas uxores que recte habebant et habent dimissas et alias acceptas. De ipsis uero non tacemus qui miscunt se cum suis parentibus et cum ipsis feminis cum quibus parentes illorum dormierunt. De Poncio Ugoni de Castro Folet conquerimur, qui aufert nostre canonice ipsum alodium de Nauarcles, quod mater sua eidem canonice dimisit. Similiter de Raimundo Mironi de Pugo Alto, qui abstulit prescripte canonice in Buadella suum alodium. De Arnallo de Guardia, dicto archidiacono, et de fautoribus eius, qui asaliuit nostram sedem et archiepiscopum et depred[a]uit equas nostre canonice et aliorum hominum et uult accipe[re i]niuste filiam Bernardi Guilelmi in uxorem, que est consobrina alie femine cum qua multociens ipse se commiscuit.

Iubemus atque admonemus ut Petrus Rigualli, qui habet suam aecclesiam dimissam et ecclesiam Sancti Iohannis cum omnibus quae¹⁰ sibi pertinent sub prioraticu acceptam, ut reuertatur ad suam propriam aecclesiam Sanctae¹¹ Marie Ville Bertrandi. Si uero contemptor extiterit, interdicimus eum ad omni diuino officio et ab introitu aecclesiae.

⁹ b *comitatu*.

¹⁰ b *que*.

¹¹ b *Sancte*.

1093 o 1094

Convinença que fa Guillem Arnall als clergues de Santa Maria de Vilabertran per tal de treballar i explotar el mas de Batedà amb l'establiment en ell d'un dels seus fills que haurà de tributar, de son vivent, un moltó de cens.

A: Original. Carta partida per ABC. Pedaç cosit al diploma: Barcelona, BC, reg. 9993, perg. 429.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

Conuenientiam facit Gilielmus Arnalli clericis Ville Bertrandi ut bene laboret ipsum mansum de Batedano et condergat eum et mitat ibi ad habendum unum de filiis suis et non se condergat [...] uel hora [...] Dei cum conquesta fuerit [...]re ut non faciat eis directum. [...] ipsi uoluerint tamquam suis senioribus [...]ditione ad hoc faciendum proibeat [...] eis libenter et ipsi ament eum et habeant curam de eo sicut de suo homine. Et dimitto [...] ipsum multonem de censo omnibus diebus uite [...].

[...] anno XXXIIII Philipo rege regnante.

1094, gener, 24

Pere Gerall, Ponç Seguer i Bernat Adalbert, marmessors de Sesmon Esteve, donen a l'església de Santa Maria de l'Om els alous que tenien a la parròquia de Sant Martí de Masarac.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 163v.

“In sacco inscripto Priorat de Salom”

Donatio facta per Petrum Geraldí et Poncium Seger ac Bernardum Dalbert, elemosinarios Sesmundi Stephani, ecclesie Beatae Sanctae Mariae de Ulmo de alodiis quos habebat in parrochia de Mesarago.

9 chalendas februarii, anno 34 regni Philippi regis.

n. 22

1094, gener, 26

Jofre Guillem i el seu germà Ademar donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran una terra i vinya situades a la parròquia de Sant Esteve de Guialbes, als Crossos.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Gaucfredum Guilelmi et Ademars, fratres, dicte ecclesie de terra et vinea sita in parochia Sancti Stephani de ecclesiis Albis, ad ipsos Crosos.

7 chalendas februarii, anno 34 Philippi regis.

n. 148

1094, abril, 10

Estefania fa testament, en el qual nomena marmessors el seu marit Guillem Guifrà,¹ el seu germà Ramon, Dalman Sunyer i Ramon Guigo; disposa d'ésser sebollida al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega una vinya, anomenda de Riba, situada a la Plana,² la qual té Gerall Guitard, així mateix li llega el seu llit i la tercera part dels seus béns mobles; per últim, també hi fa l'oblació del seu fill Pere amb l'herència que correspon a aquest.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9755, perg. 440.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 262.

4In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Ego Stephania, egritudine plena, de qua timeo mori, et aduoco mei elemosinarios, scilicet, uirum meum Guilielmum et Raimundum, fratrem meum, et Dalmacium Suniarii et Reimundum Guigui ut isti post obitum meum habeant potestatem distribuendi omnia immobilia et mobilia mea, sicut hic inuenerit scriptum. In primis dimitto corpus meum ad sepeliendum Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto predicte Sancte Marie ipsam meam uineam que uocatur de Ripa, ad ipsam Planam, quam tenet Geirallus Guitardi et lectum meum de drapis. Et Sancto Iuliano dimitto gudellam meam nouam ad opera crucis eiusdem ecclesie et Guilielmo Dalmacii, capellano, bouem unum bonum et uexellum I bonum, et ebdomedariis ecclesie XXX solidos et clauerio solidos V et monacho XII diners. Et Sancto Petro Rodis ad opera porte eiusdem ecclesie pelles meas et matellum I. Sancte Marie de Lutonis sestarios IIII inter bladum et uinum. Et Sancte Marie sedis Gerunde solidum unum de plata. Et ad filiolum meum, filium Raimundi Guigonis, pollinam meam. Et Adalaidis, filie mee, dimitto partem meam de³ equabus et uaccis. Et aliud mobile quod remanserit de mea tercia parte sit predicte Sancte Marie, exceptus [...]. Et filium meum Petrum dimitto predicte Sancte Marie cum sua hereditate, sicut resonat [...] scripturam donationis sue. Et filiabus meis dimitto ipsum alodium quod mihi dedit [...] et aliud meum alodium dimitto Gilielmo, uiro meo, sicut scriptum est in ipsa carta qua[...] testamentum firmitatem obtineat.

¹ Vegeu el doc. 397.

² B interpreta "Platja."

³ *meam* de escrit sobre la línia.

Facto hoc testamento III idus aprelis, anno xxxiiii⁴ regni Philippi regis.

S+ignum Stephania, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et firmari rogau.

S+ignum Guilaberti Guilielmi. S+ignum Petri Sesmundi. S+ignum Guilielmi Adalberti. S+ignum Petri Gaucberti.

Giscafredus⁵, presbiter, qui hoc testamentum rogatus scripsi et subscripsi die et anno (*senyal*) quo supra.

⁴ B no llegeix l'any i considera el document de *ca.* 1100.

⁵ B llegeix *Petrus*.

1094, maig, 1

Adaleds, els seus fills Bernat Berenguer i Guillem, i la seva filla Adaleds, donen a Santa Maria de Vilabertran les tres quartes parts que tenen en un mas situat al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Vicenç de Vilamalla, i la quarta part que tenen en un camp de la Font, en el qual la predita canònica ja té una altra quarta part, però se'n reserven la tinença a canvi de tributar anualment a l'esmentat monestir un parell de gallines de cens i la tasca de la terra.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9888, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 228.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 212.

⁴In nomine Domini. Ego Azalaidis, femina, et filii mei Bernardus Berengarii et Guilielmus et Azalaidis, filia mea,¹ nos in simul, donamus Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium nostrum proprium, quod est in comitatu Petralatensis, infra fines et terminos parrochie Sancti Vincencii de Villa Dalmala, scilicet, tres partes quas abemus in ipso manso in quo nosmedipsi prescripti abitamus et ipsam quartam partem quam abemus in ipso campo qui est ad ipsam² Fontem, in quo iam abet predicta Sancta Maria aliam quartam partem, tali conuenienciã ut nos teneamus predictum mansum per manus clericorum Sancte Marie et donemus inde censum unum parilium³ de gallinas per unumquemque annum et de predicta terra tascham. Aduenit ad me Azalaidis per meum uiuolarium et ad nos Bernardus et Guilielmus et Azalaidis per⁴ uocem patris nostri uel per qualescumque uoces. Sicut afrontat a parte orientis,⁵ occidentis, meridiei et circi, sic donamus Domino Deo et Sancte Marie predicte pro remedio animarum nostrarum predictum alodium cum exiis et regressibus uniuersis.

Acta est autem hec scriptura donacionis kalendas mai, anno XXX° IIII° regni Philippi regis.

¹ La a de *filia* i la a de *mea* escrites deprés de correcció.

² La a corregida d'una u.

³ *unum* i la síl·laba *par* de *parilium* escrits sobre correcció.

⁴ Des de *et ad nos* fins a *per* escrit deprés de correccions. Les lletres *laidis* escrites sobre la línia.

⁵ Precedeix *orientis* la paraula *occidentis* cancel·lada.

Sig+num Azalaidis, sig+num Bernardi, sig+num Guilielmi, sig+num Azalaidis, qui hanc scripturam fieri iussimus, firmauimus⁶ et testes firmare rogauimus.

Sig+num Bernardi Petri.⁷ Sig+num Poncii Richulfi. Sig+num Raimundi Petri.

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsi cum literis rasis et fuis et dampnatis et sub die subscripsi annoque prefixo.

⁶ La erra escrita sobre correcció.

⁷ A continuació, hi ha una signatura esborrada.

1094, octubre, 4

Hug Guillem i la seva esposa Em donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas que tenen al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Miquel d'Avellana Corba, amb reserva de violari per a Em i per a llurs fills Arnall, Berenguer i Pere, a canvi del cens anual d'una espatlla de cabra.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9889, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 214.

4In nomine Domini. Ego Ugo Guilielmus et uxor mea Em donatores sumus Domino et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium nostrum proprium, quod habemus in comitatu Bisuldunensium, in parrochia Sancti Michahelis de Auellana Corba. Est ipsum alodium mansus unus cum suis pertinentiis: terris, uineis, arboribus diuersi generis, exitibus et regressibus, et omnibus ad usum hominum pertinentibus, cultis et heremis, que omnia adueniunt mihi, Ugoni iam dicto, per uocem parentum meorum et mihi, Em, per meum decimum uel per qualescumque uoces. Sicut uero prelibatus mansus cum suis pertinentiis, ut dictum est, terminatur et concluditur a parte orientis et occidentis, meridiei et circi absque diminutione uel ulla retinendi occasione tradimus eum cum omnibus iam dictis in potestatem prelibate Sancte Marie et suorum clericorum pro remedio animarum nostrarum, ut ab hodierno et deinceps sit eius perpetuum alodium sine inquietudine ullius hominis uel femine. Si quis autem hanc scripturam nostre donationis irrumpere temptauerit, nil ei proficiat, sed iam dicta omnia prelibate Sancte Marie et suis clericis in duplo componat. Et inantea hec scriptura firma permaneat.

Que est acta IIII nonas octobris, anno XXXV regni Philippi regis.

Sig+num Ugonis, sig+num Em, femine, qui hanc scripturam fieri iussimus, firmauimus et firmare rogauimus.

Sig+num Isarn. Sig+num Arnalli Petri. Sig+num Ramundi Petri.

Sig+num Arnalli Ugonis. Sig+num Berengarii Ugonis. Sig+num Petri Ugonis, filiorum iam dicti Ugonis et Em. Sig+num Adalaidis, femine, eorum filie.

Guilielmus, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

Et ego predicta Em cum iam dictis filiis meis Arnallo, scilicet, Berengario atque Petro accipimus iam dictum mansum per manum Sancte Marie et suorum clericorum et per unumquemque annum donamus inde recognitionem spatulam I de capre¹ Sancte Marie. Post mortem omnium nostrorum sit Sancte Marie libere, ut dictum est.

¹ *de capre* escrit sobre la línia.

1095, gener, 18

Els marmessors de Ramon Joan, Pere Joan i Adaleds, esposa del difunt, i Esteve Joan, Arnall Ecard i Llobató, marmessors de la difunta Guidenell, lliuren a Santa Maria de Vilabertran, els primers, una feixa de terra que el dit Ramon tenia per indivís amb el seu germà Pere, situada al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Pere de Figueres, a l'indret anomenat Llinars; i, els segons, li fan donació d'una terra que l'esmentada Guidenell tenia al comtat de Peralada, a la susdita parròquia, al paratge dit la Calçada.

A: Original. Girona, ADG, Fons de Santa Maria de Vilabertran, perg. 1.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 215.

¶In [...] [Petrus Iohannis] et Azalaizis uxor condito[ris ...] et Arnallus Echardi et Lobaton, helemosinarii condam Guinedellis, [...] Domino Deo et Sancti Virgini Marie que ueneratur in ecclesia [...]. Manifestum est enim quia preceperunt nobis iam dicti conditores ut scripturam donationis fecisemus [...] nos, predicti helemosinarii Petrus et Azalaizis, de ipso alodio quod predictus conditoris Raimundus habebat in comitatu Petralatensi, in parrochia Sancti Petri de Fichariis, in loco qui uocatur ad [Linares], medietatem suam de ipsa feixa quam habebat cum Petro, fratre suo, que illi aduenit. Et habet affrontationes a parte orientis in alodio predictae Sancte Marie de [...] alodio Sancte Marie Riuipollentis et de occiduo cuiusdam Remundi Sonierii et de circi [...]. Nos predicti helemosinarii predictae Gu<i>nedellis facimus iam dicte ecclesie scrip[...] de ipsa terra quam illa habebat in comitatu Petralatensi, in parrochia [...], ad ipsam Calciatam, que illi adueniebat de parentibus suis. Et affrontat de oriente in alodio Sancti Petri de Bisilduno et de meridie in alodio eorumdem fratrum Petri [...] et Remundi Berengarii et de occiduo in predicta Calciata, a parte circi in alodio cuiusdam Remundi. Quantum predictae afrontationes includunt iussione eorum, quorum helemosinarii sumus, tradimus medietatem et dominium predictae Sancte Marie et clericorum eiusdem ecclesie cum omnibus affrontationibus et exitibus et regressibus uniuersis et omnibus sibi pertinentibus. Et si quis hanc scripturam mercedis eorum ad irrupendum uenerit, iram Dei omnipotentis incurrat et nil [...] ut sacrilegus componat ad predictam ecclesiam Sancte Marie iam dicta omnia.

Acta hec scriptura XV kalendarum february, anno XXXV regni Philippi regis.

Sig+num Petri Iohannis, sig+num Adalaizis, sig+num Stephani Iohannis, sig+num Arnalli Echardi, sig+num Lobatonis, qui hanc scripturam fieri iussimus et firmari rogauimus.

Sig+num Bernardi Petri, leuita. Sig+num Bonefilii Sesmundi. Sig+num Bernardi Remundi. Sig+num Arnalli [...]. Sig+num Mironi Iohannis. Sig+num Berengarii Echardi.

Berengarius, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

1095, març, 4

Maiença, Bernat Ecard, Bernat Guadall i Albert Berenguer (?), marmessors d'Ecard, donen a l'església de Vilabertran un alou que el testador tenia al comtat de Besalú, dins els termes de la parròquia de Sant Mateu de Vilademires.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9736, perg. 430.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 216.

4In [...] Sancte Marie iam dicte de alodio [...] dimissit Bisuldunensi, infra terminos parrochie Sancti Mathei de Villa de Mires [...] infra iam dictam parrochiam [...] cultis et heremis arboribus [...] utilitatem pertinent hominum, sicut [...] parentum suorum uel per qualescumque uoces [...] iam dicti uoluntatem defuncti tradimus prenominatum alodium in potestatem prefate Sancte Marie et suorum clericorum ut nemo ab hodierno et deinceps ualeat illud inquietare Sancte Marie et suis clericis. Si quis uero hoc [...], sed tandiu sub anathemate maneat [...] prelibata omnia [...] componat. Et postmodum hec carta donationis [...].

[...] IIII nonas marci, anno XXXV regnante Philippo rege.

Sig+num Maiencie, femine, sig+num Bernardi Ecardi, sig+num Arberti (?) Berengarii (?), sig+num Bernardi Guadalli, qui hanc [...] firmare rogauimus.

Sig+num Berengarii [...]. Sig+num Gilielmi Arnalli. [...] Otonis. Sig+num [...] Arnalli.

Guilielmus, qui hanc cartam scripsi et subscripsi die et anno quo supra.¹

¹ C no llegeix ni la data ni l'escrivà.

1095, març, 13

Engilsèn, el seu marit Berenguer i llur fill Arnall donen i venen a Santa Maria de Vilabertran un alou que tenen al comtat de Peralada, dins els termes de la parròquia de Sant Joan de Vilatenim, per dotze sous de moneda del comte Hug, en diners i en espècies equivalents.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10039, perg. 171.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 107v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 217.

₃In nomine Domini. Ego Egilsendis, femine, et filius meus Arnaldus et uir meus Berengarius uinditores et donatores sumus Sancte Marie Ville Bertrandi et clericis eiusdem ecclesie. Manifestum est enim quia uendimus atque donamus predicte Sancte Marie et iam dictis clericis ipsum alodium, quod nos abemus uel abere debemus in comitatu Petralatensi, in parrochia Sancti Iohannis de Villa Timim, quod mihi, iam dicte Egilsendis, et predicto filio meo aduenit de parentibus nostris. Hoc predictum alodium, scilicet, casales et area et chintanas, terras et uineas cum exitibus et regressibus et affrontacionibus et omnibus sibi pertinentibus uendimus, donamus, tradimus atque deliberamus de nostro iure in potestatem et dominium predicte Sancte Marie et eiusdem ecclesie clericorum pro precio¹ XII solidorum monete comitti Ugonis, in denariis aud in rebus ualentibus. Et nos accepimus de predictis clericis. Si quis autem hanc scripturam nostre uendicionis uenerit ad irrupendum, ad nichilum ei proficiat, sed ut sacrilegus componat prefatum alodium ad prelibatam ecclesiam² Sancte Marie. Et inantea hec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta autem hec scriptura [uendicionis]³ tercio idus marci, anno XXXV regni Philippi regis.

S+ignum Egilsendis, s+ignum Arnaldi, s+ignum Berengarii, qui hanc scripturam uendicionis fieri iussimus⁴ et firmauimus et firmari rogauimus.

S+ignum Arnalli Oliue. S+ignum Remundi Petri. S+ignum Petri Iohannis.

¹ *precio* corregit sobre *precium*.

² *ecclesiam* escrit sobre una paraula prèvia.

³ *uendiciones* esborrat.

⁴ La síl·laba *mus* afegida sobre la línia.

Petrus, sudiachonus, qui hanc scripturam scripsi sub die et anno quo scripsi supra.

1095, març, 24

Guillem Arnall fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas amb farraginar situat a la la parròquia de Santa Maria de Sagaró i la meitat d'un altre mas que tenia a Fontanelles.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Guilelmi Arnaldi, quo legauit dicte ecclesie mansum unum cum ferraginali in parochia de Sagarono et medietatem mansi de Fontanellis.

9 chalendas aprilis, anno 35 Philippi regis.

n. 159

1095, març, 24

Dalmau Berenguer, vescomte,¹ desitjant tenir l'auxili de la Mare de Déu en totes les seves necessitats de cos i d'ànima, defineix i evacua a Santa Maria de Vilabertran els censos, albergs, batllies i usatges que rep a les parròquies de Sant Joan de Vilatenim, Sant Vicenç de Cabanes, Sant Martí de Peralada, Santa Eulàlia de Noves, Sant Julià de Rabós, Santa Maria de l'Om i Santa Àgata de Campmany.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9737, perg. 429.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 218.

¶In nomine Domini. Ego Dalmatius Berengarii Genitricem Dei Virginem Mariam obtans habere auxiliatricem in omnibus meis necessitatibus tam corporis quam animae concedo et delibero, euacuo atque definio omnes uoces et baiolias atque usaticos Domino et suae Genitrici Sancte Mariae Ville Bertrandi simul etiam census et albergas necnon redibitiones et omnia que uisus² sum habere iuste uel iniuste in omnibus alodiis que usque nunc prefatus locus almae Mariae suo nato fautore adquisiuit infra parroechiam Sancti Iohannis de Villa Timim et Santi Vincentii de Cabannis et Sancti Martini de Petralata et infra parrochiam Sancte Eulaliae de Nouis et Sancti Iuliani³ de Rabidoso et infra parroechiam (*sic*) Sancte⁴ Mariae de Ulmo et Sancte Agathe de Campo Magno. Tali ordine uel ratione ut nec ego nec quisquam mee posteritatis, sed neque aliquis homo utriusque sexus repetere presumat prelibata omnia quae in ius et dominationem prescriptae Sanctae Mariae et suorum clericorum a meo iure et dominatione uotue et potentialiter pertranseunt. Quod si fecerit, nil ei proficiat, sed iram Dei Genetricis incurrat. Et insuper ut sacrilegus haec omnia co<m>ponat. Et hec donatio firma et stabilis in eternum consistat.

Que est acta VIII kalendas apreli, anno XXXV regnante rege Philippo.

Sig+num Dalmatii Berengarii, qui hanc scripturam donationis, euacuationis atque definitiones fieri iussi, firmaui et firmare rogau.

¹ Al dors en lletra coetània, s'hi llegeix l'explicació: *Donatio et diffinitio Dalmatii Berengarii uiccomitis*. Es tracta de Dalmau Berenguer, vescomte de Rocaberti, senyor de Quermançó, Ceret i Peralada.

² La essa escrita sobre la línia on hi havia el signe d'abreviatura per a *uisum*.

³ *de Campo Magno* cancel·lat.

⁴ La e escrita sobre una i anterior.

Sig+num Bernardi Gilielmi. Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Berengarii Bernardi.
Sig+num Bernardi Otonis. Sig+num Arnalli Segarii. Sig+num Gilielmi Gifredi. Sig+num
Gilielmi Arnalli. Sig+num Bernardi Ramundi. Sig+num Petri Ramundi. Sig+num Remundi
iudicis, Bonifilii prolis.*

Guillelmus, qui hanc cartam scripsi et subss. die et anno quo supra.

1095, abril, 11

Pere Viader dóna en bé de la seva ànima a Santa Maria de Vilabertran un clos amb oliveres i la seva part d'hort de sota la Font, tot situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Pere de Figueres, amb reserva de violari i pagament d'una quartera de forment cada any com a reconeixement.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 8964, perg. 53.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 127.

⁴In nomine Domini. Ego Petrus Viator dono pro remedio animae meae Domino et Sancte Mariae Villae Bertrandi alodium meum, quod habeo in comitatu Bisuldunensi,¹ infra porroechia (*sic*) Sancti Petri de Ficulneis, id est, clausum unum cum oliuariis et arboribus quae ibi sunt, et partem meam de ipso orto subtus² Fontem, sicut affrontat cum arboribus que ibi sunt et concluditur a parte orientis et occidentis, meridiei et aquilonis. Et aduenit mihi per uocem parentorum meorum uel per qualescumque uoces, ita dumtaxat ut ego iam dictus Petrus teneam hec omnia in uita mea per manum clericorum predictae³ Sanctae Mariae. Et donem inde recognitionem per unumquemque annum eidem Sancte Mariae quarteram I de frumento. Post mortem meam fit eius libere. Si quis hoc irrumpere temptauerit, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed predicta omnia iam dicte Sancte Mariae in duplo componat. Et hec scriptura firma permaneat.

Quae est acta III idus aprilis,⁴ anno XXXV regni Philippi regis.⁵

Sig+num Petrus Viatoris, qui hanc scripturam fieri iussi, firmaui et firmare rogauit.

Sig+num Berengarii Echardi. Sig+num Suniarii Amadi. Sig+num Gilielmi Andaleg.
Sig+num Mironis Sperandei. Sig+num Petri Iohannis.

¹ *et Petralatensi* expunctuat.

² La be està escrita sobre una qu anterior.

³ La te és una transformació d'una de anterior.

⁴ El *III idus aprilis* sembla afegit en un segon moment.

⁵ C considera aquest diploma de l'any 1085.

Guilielmus, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo
supra.

1095, abril, 15

El levita Bernat Freder dona a Santa Maria de Vilabertran un alou que té al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Esteve de Guialbes, a la Vila d'Oriol, dita Olives, constituït pels seus drets sobre l'església construïda en honor de Santa Maria i les sagreres que hi ha al seu voltant, i així mateix fa donació d'un camp que té a la Serra juntament amb una quarterada de vinya situada al Freixxe i que té Arnall Pere, amb reserva de l'esmentat camp per a un dels fills del donant, que farà a la dita canònica un quart dels esplets.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9890, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 19.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 216r.¹

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 219.

4In nomine Domini. Ego Bernardus Fredarii, clericus, dono Domino et Sancte Mariae Villae Bertrandi alodium meum, quod habeo et teneo in comitatu Girundensi, infra parroechiam Sancti Stephani de Aecclesiis Albis, in Villa scilicet Oriol, quam uocant Oliuas, uel in eius terminis. Est autem iam dictum alodium partem quam habeo et uoces in aecclesia ipsa sub honore Sanctae Mariae constructa,² et in eius sacrariis quae in circuitu eiusdem ecclesiae habentur, et iterum campus unus qui est ad ipsam³ Fraxinum et tenet eam Arnallus Petri. Affrontat autem iam dictus campus a parte orientis in terra Adalberti presbiteri et fratrum suorum uel in uia qua itur ad Foneliedum, de meridie in terra iam dicti Adalberti et suorum heredum, de occiduo in terra de Paschale et in terra iam dictae Sancte Marie, de parte uero circi in terra Mironis. Quantum infra iam dictas IIII^{or} affrontaciones includitur de iam dicto campo, totum trado⁴ in potestastem iam dicte Sancte Mariae Ville Bertrandi cum ceteris que scribuntur superius simul cum affrontationibus eorum et pertinentiis exitibus et regressibus uniuersis, ut ab hodierno et deinceps fit eius⁵ in

¹ B situa el document sota el subtítol *Ecclesia de Oliuis*. C afegeix aquesta explicació: «Vni en 1771 es un priorat agregat al Ferial de la catedral de Gerona about hi tenen un capellà ab títol de prior de Olivas at nutum amobile».

² Al damunt de *constructa*, malgrat que la síl·laba *con* està indicada amb signe d'abreviatura, fa la impressió que sobre la línia s'ha escrit de nou *co* amb ratlla d'abreviatura.

³ La a corregida sobre una u.

⁴ La a escrita sobre correcció.

⁵ *ex* esborrat.

perpetuum alodium. Et predictum campum teneat⁶ eum unus de filiis⁷ meis ad laborationem per Sanctam Mariam et suos clericos. Et donet inde ipsum quartum eidem Sancte Mariae per unumquemque annum. Si quis uero hanc scripturam donationis irrupere temptauerit, tam ego quam aliquis meae posteritatis nil ei proficiat, sed iam dicta omnia prelibatae Sanctae Mariae in duplo componat uel componam cum sua melioratione. Et inantea hec scriptura firma permaneat.

Que est acta XVII kalendas mai, anno XXXV regni Philipi regis.

SSS. Bernardus, leuita,* qui hanc scripturam mee donationis, laudo et firmo et predicta omnia in ius prelibatae Sancte Marie trado, sicut mihi adueniunt per uocem parentum⁸ meorum uel per qualescumque uoces.

Sig+num Gilielmi Bernardi, sig+num Petri,⁹ sig+num Bernardi, filiorum iam dicti Bernardi donatoris, qui hanc cartam donationis firmamus. Et si quas uoces in iam dicto alodio habemus laudando finimus.

Sig+num Ademari. Sig+num Gilielmi Adalberti. + Adalbertus, presbiter.* + Arnallus Guielmi, clericus.* Sig+num Arsendis, feminae.

Guilielmus, qui hanc scripturam scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

⁶ La a escrita sobre una t.

⁷ *suis* esborrat.

⁸ La pe porta un signe d'abreviatura per a *per* que és sobrer i no ha estat esmenat.

⁹ La pe està escrita sobre una b anterior que ha estat esborrada.

1095, abril, 20

Els almoïners de Grega donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran un alou situat a Vilanova de la Muga, al lloc anomenat Camp de l'Era.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per elemosinarios Grega dicte ecclesie de alodio sito in Villa Nova Sambuce, loco vocato Camp de Era.

12 chalendas maii, anno 35 Philippi regis.

n. 162

1095, abril, 25

Dalmau, clergue, fa testament, en el qual nomena marmessors Ramon Udalguer, el germà d'aquest, Arnall, i el prevere Pere Rigall; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega un alou que té a la parròquia de Sant Pere de Figueres, així com un bou, tres teles, quatre sesters de vi, un sester de forment i tres marrans.

A: Original. Girona, ADG, Fons de Santa Maria de Vilabertran, perg. 71.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 46v.

C: Transcripció parcial: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 206v.

D: Regest: Marquès, Josep M. *Escriptures*, doc. 220.

ꝰIn nomine Domini. Ego Dalmatius, clericus,¹ qui ordino testamentum meum taliter: primitus precor ut sint helemosinarij mei, scilicet, Raimundus Udalgarii et Arnallus, frater eius, et Petrus Rigualdi, presbiter, qui post obitum meum distribuunt omnia mea, sicut hic inuenerint ordinatum. In primis sepeliatur corpus meum in cimiterio Sancte Marie Ville Bertrandi et dimitto predictae Sancte Marie omne meum alodium quod ego habeo uel habere debeo quocunque modo in parrochia Sancti Petri de Ficariis cum terris et uineis et oliuariis et arboribus et uniuersis sibi pertinentibus. Et insuper dimitto ei bouem I et tres drapos et III^{or} sestarios de uino et sextarium I frumenti et arietes III. Et ad opera calicis Sancti Stephani sextarios II de frumento et quator oues cum suis agnis et quartes III de uino et archam I maiorem. Et Arnallo, capellano, sextarium I de frumento et sextarios IIII de uino et III oues cum suis agnis. Et Bernardo, presbitero, capam meam et pellicionem meum et sutulariis et sextarios II de uino et archam I minorem. Et Guilielmo, diacono, porcum I et ouem I. Et Dalmatio Bernardi vexillum meum meliorem et tinam. Et predicto Arnallo Udalgarii et fratri Raimundo medietatem meam de ipsa uaca cum uitulis quam habeo cum Brunicelle et cum ipso vexello meo quod prestaui Stephano Lobeti et cum ipso cellario et curtilio in quibus ego habito. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Facto hoc testamento VII kalendas mai, anno XXXV regnante rege Philipo.

S+ignum Dalmacii, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et firmari rogau.

¹ Sense dubte, es tracta del nebot de Dalmau Arnall del doc. 269.

Petrus, presbiter, SSS.*² Sig+num Ramundi Udalgarii.

Giscafredus, presbiter, qui hoc rogatus scripsit sub die subscripsi et anno quo supra.

² Es tracta de Pere Rigall.

1095, maig, 1

Pere Sunyer dóna i ven l'església de Santa Maria de Vilabertran una feïxa de terra que té al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Pere de Figueres, sota la Calçada, per una quantitat indeterminada de sous.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9738, perg. 433.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 144.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 221.

⁴[In nomine Domini.] Ego Petrus Suniarii dono simul atque uendo Sancte Mariae Ville Bertrandi et suis clericis [alodium, quod] habeo et teneo in comitatu Petralatensi, in parrochia Sancti Petri de Figariis, sup[er] [ipsam] Calciatam. Et est ipsud alodium feixa una de terra que aduenit mihi per uocem parentum meorum [et per qualescumque] uoces. Affrontat autem a parte orientis, circi et occidentis in alodio [Iohannis] [...] meridie in terra Ramundi [Pontii] condam. Quantum infra has III^{or} affrontaciones includitur, totum ab integre, absque ulla diminutione uel retinendi occasio[ne] trado a meo iure in ius et dominationem prelibate Sancte Marie et suorum clericorum ad proprium in perpetuum alodium propter precium [...] solidorum denariorum, nichilque de hoc precio apud iam dictos emptores remansit. Et est manifestum. Si quis uero contra hanc scripturam ad irrupendum uenerit, nil sibi proficiat, sed iam dicta omnia in duplo pretestate Sancte Marie et suis clericis cum sua melioratione componat. Et hec scriptura firma perpetum consistat.

Facta kalendas mai, anno XXXV regni Philippi regis.

Sig+num Petrus Suniarii, qui hanc cartam uenditionis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num Pontii Suniarii, sig+num Raimundi Suniarii, sig+num Marie, fratrum iam dicti Petri.

Sig+num Petri Iohannis. Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Ramundi Petri.

Guilielmus, qui hanc scripturam uenditionis scripsi, subscripsi die et anno quo
supra.

1095, maig, 6

Berenguer Arnall i Jofre Rotball lliuren a Santa Maria de Vilabertran un alou que la difunta Clemència havia llegat a aquesta església, situat al comtat de Peralada, dins els termes de la parròquia de Sant Pere de Figueres, a l'indret anomenat Camp de Mir.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9064, perg. 182.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 222.

₂In Christi nomine. Ego Berengarius Arnalli et Gaucefredus Rodballi certum quidem et manifestum est quia placuit animis nostris ut scripturam donacionis fecissemus Sancte Marie Ville Bertrandi de ipso alodio quod condam Clemencia reliquid prelibate Sancte Marie pro remedio anime sue. Adueniebat ei predictum alodium per comparacionem¹ uel per qualescumque uoces. Est namque prephatum alodium in comitatu Petralatensis, infra fines et terminos parrochie Sancti Petri de Ficulneis, in locum que uocant Campum Mironis.² Et affrontat a parte orientis in terra Gaucefredi Segarii, de meridie in terra Sancte Marie predicte, de occiduo in terra predicti Berengarii Arnalli, de parte uero circi in terra Gilielmi Mironis et suorum heredum. Quantum infra istas IIII^{or} affrontaciones includitur, sic donamus Domino³ Deo et Sancte Marie predicte cum exiis et regressibus uniuersis et a nostro iure in suo dominio et suorum clericorum tradimus pro remedio anime predicte Clemencie ad suum proprium alodium sine ullo retentu.⁴ Si quis autem hanc scripturam donacionis irrupere temptauerit, nil sibi proficiat, set predictum alodium in duplo prelibate Sancte Marie restituat. Et postmodum hec scriptura firma permaneat omnique tempore.

Acta est autem hec scriptura donacionis II nonas madi, anno XXX^o V^o regni Philippi regis.

Sig+num Berengarii Arnalli, sig+num Gaucefredi Rodballi, qui hanc scripturam donacionis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauius.

¹ La e està escrita sobre la línia i tant la e com la ema final s'han afegit en un segon moment.

² Des de *in locum* fins a *Mironis* afegit sobre la línia.

³ *donamus Domino* escrit després d'una correcció.

⁴ Des de *ad suum* fins a *reten-* escrit sobre una correcció per rasura.

Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Raimundi Petri. Sig+num Petri Pilia. Sig+num Gaucefredi, filius eius. + Guilielmi Azalberti, presbiter.*

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donacionis scripsi, subscripsi die annoque prefixo.

1095, maig, 16

Ramon Guillem, sagristà, i d'altres donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran un alou situat al comtat de Vallespir, a la parròquia de Sant Pere de Ceret, al lloc anomenat Reiners.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Raymundum Guilelmi, sacristam, et alios dicte ecclesie de alodio sito in comitatu Vallis Aspiriensis, in parrochia Sancti Petri de Cersedo, loco vocato Reyner.

16 chalendas junii, anno 35 Philippi regis.

n. 165

1095, juny, 4

Esteve Sonifred, la seva mare Guilla i la seva esposa Garsèn, donen a Santa Maria de Vilabertran una vinya i terra que tenen al comtat de Peralada, a l'indret dit Vinya d'Ardman.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9892, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 279v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 223.

⁵In nomine Domini. Ego Stephanus Seniofredi uná cum genitrice mea Guila et Garsendis uxore mea donatores sumus Domino et Sancte Genitrici eius Marie que ueneratur in ecclesia apud Villam Bertrandi. Manifestum sit quia placet animis nostris ut scripturam donacionis faciamus, sicuti et facimus, Domino et prelibata ecclesie Sancte Marie de ipso alodio quod nos habemus in comitatu Petralatensi, scilicet, uineam et terram cum¹ arboribus in loco que dicitur uinea de Ardman. Et aduenit nobis per comparacionem uel pro qualicumque uoce. Abet autem afrontaciones predicta uinea et terra a parte orientis in alodio Raimundi Ermengalli et fid inde discursus usque in resclausam Bernardi Landrici, que est a meridiana parte, et peruenit usque in feuum Guilelmi Petri, quod est a parte occidentali, et transit inde usque in alodium Raimundi Ermengalli, quod est a parte aquilonis. Quantum predictae afrontaciones includunt, nos predicti donatores, scilicet, Stephanus et Gila atque Garsendis, donamus et tradimus de nostro iure in dominium et potestatem prefate ecclesie Sancte Dei Genitricis et clericorum eiusdem inreuocabiliter. Et si quis hanc scripturam nostre mercedis² ad inrumpendum uenerit, ad nichilum ei proficiat, set ut sacrilegus componat prenominata omnia ad iam dictam ecclesiam Sancte Marie. Et inantea hec scriptura omni tempore stabilitatis firmitatem obtineat.

Hacta autem ec³ scriptura donacionis II nonarum iunium, anno XXXV regni Philippi regis.

Sig+num Stefani Sinfredi, sig+num Gilae, sig+num Garsendis, qui hanc scripturam donacionis fieri iussimus et firmauimus et firmari rogauimus.

¹ Després de *cum* hi ha dues lletres esborrades.

² La i escrita sobre una e inicial.

³ *ec* escrit sobre la línia.

Sig+num Duran. Sig+num Raimundi Iohannis.⁴ Petrus, presbiter, prelatus atque minister ecclesie Sancte Marie.*

Gerallus, sacer, qui hoc scripsit,⁵ subscripsit die et anno quo supra.

⁴ A continuació hi ha la síl·laba *si* per a indicar un *signum* que no es va completar. Aquesta síl·laba no fou esmenada.

⁵ A continuació hi ha una e expuntuada.

1095, juliol, 2

Guillem Sonifred fa testament, en el qual nomena marmessors Arnall Miró, Bernat Odó, i els seus germans Ramon Sonifred i Pere Sonifred; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega dues terceres parts d'un alou que té per indivís amb els seus germans juntament amb un farraginar amb oliveres i altres arbres; la tercera part restant, la deixa al prenyat de la seva esposa, però, si moria abans d'arribar a l'edat adulta, disposa que passi a Santa Maria de Vilabertran. El mas de Colomer, que havia donat a la seva muller el dia de noces, prega a ella i a la seva mare que el deixen a Santa Maria després de llur òbit. També concedeix a la predita canònica dos vexells grossos que té al seu celler i la seva millor arca, que és a l'església de Sant Pere de Montagut, i una altra, que prestà a Arnall Ramon. Per últim, deixa a Santa Maria de Vilabertran el seu escut i llança.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9893, perg. 461.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 228.

₃In Christi nomine. Ego Guilielmus Seniofredi fessus egritudine, unde timeo mori, et aduoco meos helemosinarios, scilicet, Arnallum Mironis et Bernardum Otonis et Raimundum Seniofredi et Petrum Seniofredi, quibus tribuo plenam potestatem distribuendi omne auere meum, mobilem et immobilem, sicut in hoc testamento ordinauero. In primis iubeo corpus meum sepelire in cimiterio Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto eidem Sancte Marie duas partes de omne meo alodio de ipso, scilicet, qui est adhuc in diuisione cum fratribus meis, et quod habeo diuisum sit duas partes predicte Sancte Marie ad suum proprium alodium pro remedio anime mee. Et meum ferraginalium cum oliuariis et arboribus qui ibidem sunt sit prelibate Sancte Marie, totum ab integre, sine ullo retentu. Aliam terciam partem de predicto alodio dimitto ad ipsum infantem, unde est pregnans uxor mea. Et si infans obierit antequam perueniat ad perfectam etatem, reuertatur illa tercia pars de predicto alodio in potestate prelibate Sancte Marie ad suum proprium alodium. Et ipsum mansum de Palumer,¹ quem dedi ad uxorem meam ad diem nupciarum, rogo eam et matrem meam ut dimitant predictum mansum de Palumer prelibate Sancte Marie post obitum earum. Et ipsum meum mansum de Montada dimitto Petri Seniofredi, fratri meo; et mansum, ubi abitauit Raimundus Guifredi, et decimum meum de Mefuns. Hec dimitto predicto Petro pro ipso auere, de quo misi eum in pluii. Et dimitto meum mansum de

¹ de Palumer escrit sobre la línia.

Cassania inter Raimundum et fratres meos. Et duos uexellos maiores, qui sunt in meo cellario dimito predicte Sancte² Marie, et meam archam meliorem, que est in ecclesia Sancti Petri, et aliam, quam prestaui Arnallo Raimundi. Et Sancte Marie Lotonis dimito meum uexellum, quem abeo in Angles, in domo Raimundi Segarii, et tenet VII quarteres; et uexellum de Unufret, et tenet V quarteres. Et dimito³ predicte Sancte Marie Lotonis aliam archam, que est in ecclesia Sancti Petri predicti. Et unum dugatum de uexello et tinam Petro Seniofret. Et dimitto Sancti Petri de Mo<n>te Accuto ipsum sacrarium, qui est iuxta ecclesiam. Alium sacrarium Petro Seniofredi dimito. Et Sancte Trinitati de Beted medala de ale[...], que est in archa de Troníde. Et predicto Sancto Petro archam unam,⁴ quam habet Guilielmus Raimundi. Et ad clericos predicti Sancti Petri dimito meum uitulum. Et medietatem de mea uacca Sancte Marie de Beted. Aliam medietatem Sancto Iachobo de Puliger. Et scutum et lanceam dimito predicte Sancte Marie Ville Bertrandi. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Actum hoc testamentum VI nonas iuli, anno XXXVI⁵ regni Philipi regis.

Sig+num Guilielmi Seniofredi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et testes firmare rogauí.

Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Raimundi Petri. Petrus Gilielmi, clericus +*.

Petrus, presbiter, qui hoc testamentum scripsi, sub die subscripsi annoque prefixo.

² *Sancte* escrit sobre la línia.

³ *Et dimito* escrit sobre la línia.

⁴ *unam* escrit sobre la línia.

⁵ La V està escrita sobre dues is.

1095, juliol, 17

Bernat, comte de Besalú, dona a Santa Maria de Vilabertran un mas situat a la parròquia de Sant Vicenç de Maià, al Vilar Agemal (Guèmol), prop del mas de Sant Miquel, tot cedint a la mateixa església el domini i viàtic que té sobre els alous adquirits per aquesta en el seu honor. Per últim, especifica que en l'esmentat mas, solia viure-hi Sunyer Arcimaga i, en aquell moment, l'habitava Gualter, i que dona un cens anual d'un porc, un marrà, dos parells de gallines i una aimina de civada.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

C: Còpia: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 294v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 229.

In nomine Domini. Ego Bernardus, gratia Dei, comes Bisildunensis, donator sum Domino Deo et ecclesiae Sanctae Mariae Villae Bertrandi. Certum quidem et manifestum est quod placuit animis meis et placet ut scripturam donationis faciam praedictae ecclesiae Sanctae Mariae de alodio meo, id est, de uno manso propter remissionem peccatorum meorum quae peccaui a diebus natiuitatis meae usque nunc ut ipsa Genitrix Domini fatiat mihi placabilem Filium suum in die obitus mei. Et mito me ipsum in sua defensione cum iam dicto manso. Et est iam dictum mansum in comitatu Bisuldunensis, infra parroquiam Sancti Vicentii Malliano et in Villare Agemal. Et aduenit mihi per uoces parentorum meorum. Et est prope ipsum mansum Sancti Michaelis. Ego praedictus comes ad iam dictam gloriosam Matrem Domini ut ipsa oret pro me peccatore ad filium suum dono iam dictum mansum cum terris, cultis et heremis, etc., ut inueniam misericordiam apud Dominum de omnibus peccatis meis et, ut omni tempore ipsa sua ecclesia et sui fideles habitatores habeant et exfructent perpetuo tempore. Insuper dono iam dictae ecclesiae Villae Bertrandi quidquid acquisiuit in meo honore ut habeat solide et libere. Et illum, scilicet, dominium et usaticum, quod habeo ego iam dictus comes in alodiis quae iam dicta ecclesia acquisiuit, deliuero et transfundo in ius et dominium eius. Et si quis hanc scripturam uenerit ad irrumpendum, in primis accipiat iram et confusionem et maledictionem quam Deus illi dare potest, et insuper componat praefata omnia in quadruplum ad iam dictam ecclesiam Sanctae Mariae. In suprascripto manso solebat habitare Suniarius Arcimaga et modo habitat ibi Golterus. Et haec scripta omni tempore maneat firma.

Acta autem hec scriptura 16 kalendas augusti, anno XXXVI regni Philipi regis.

Sig+num Bernardus, Dei gratia comes, qui hanc scripturam, etc.¹

+ Raymundus Audegarii. + Arnallus Bernardi. + Bernardus Ioannis. + Pontius Menardus. Arnallus Arnalli, leuita. + Bernardus, gratia Dei, comes.

Petrus, presbiter (*és lletra de nostre venerable Pere Rigual*), qui hanc scripturam donationis scripsit et sub die et anno quo supra.

Et praedictum mansum donat censum porcum unum et arietem et parilos duos de gallinas et eminam unam de ciuata.

¹ Es tracta de Bernat II de Besalú, oncle de Bernat III de Besalú. Aquest darrer el trobem també en aquest mateix document, a continuació, immediatament després de la signatura d'Arnall Arnall, levita.

1095, agost, 8

Oda i els seus fills donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas situat a la parròquia de Santa Coloma de Siurana.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Odam et filios suos dicte ecclesie de manso sito in parochia Sancte Columbe de Ciurana.

6 idus augusti, anno 36 Philippi regis.

n. 170

1095, agost, 13

Ricsens fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran dos masos que té a la parròquia de Begudà.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Ricsendis femine, quo legat dicte ecclesie duos mansos quos habet in parochia Begudano.

Idus augusti, anno 36 Philippi regis.

n. 246

1095, octubre, 1

Ademar Guillem dóna a Santa Maria de Vilabertran un alou que té al comtat de Peralada, a la parròquia de Santa Maria d'Agullana, al paratge dit Puig Moratell, i a Vallespir, a l'indret anomenat Sant Pau del Vilar, de manera immediata, i, un altre que té al lloc de Llaner, el deixa a la seva mare Engilsèn, però després de la seva mort ha de quedar per a la susdita canònica de Vilabertran.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9894, perg. 448.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 225.

2In Christi nomine. Ego Ademarus Guilielmi donator sum tibi Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi ipsum alodium quod ego habeo in ccomitatu (*sic*) Petrelate<n>si, in parrochia Sancte Marie de Aguliana, in loccum uocitatum Pugo Pug Muratello, et in Valle Aspiri, in loccum uocitatum Sancti Pauli de ipso Vilar. Prefatum meum alodium, quod ego ibi habeo uel in suis terminibus, et in alio loco, in ipso Laner, ipsum meum alodium, quod ego habeo infra iam dicto comitatu, in ipso Laner et in suis terminibus, sicut terminantur atque concludunt prefati alodii a parte oerientis et meridiei siue occiduo atque circi cum uniuersis in se abentibus, sic dono Domino Deo et predicte Sancte Marie et clericis ibidem Deo seruientibus, tam presencium quam futurorum. Predictis duobus uero alodiis, unum, scilicet, de Puio Muratello et, alium, predicti Sancti Pauli, statim delibero in potestate predicte Sancte Marie et suis clericis. Ipsum alodium de iam dicto Laner matri mea Egilsendis concedo omnibus diebus uitte sue. Post obitum uero suum reuertatur prelibato Domino Deo et Sancte Marie. Si quis hoc irrumpere temptauerit, nil proficiat, set predicta alodia prelibate Sancte Marie in duplo componat. Et inantea hec scriptura firma permaneat.

Acta autem hec scripturam donacionis kalendas octobris, anno XXXVI Philipo reie regnante.

S+ignum Ademari Guilielmi, qui hanc scriptura fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau. S+ignum Egilsendis, qui hanc scripturam lau[do] et firmo.

S+ignum Ramundi Petri. S+ignum Bernardi Petri. S+ignum Arnalli Oliba.
S+ignum Petri [Engilberti]¹.

Petrus, leuita, qui ista chartam² scripsit et firmat sub die et anno quo (*senyal*) supra.

¹ C llegeix *Petri Martini*.

² *chartam* escrit sobre la línia.

1095, octubre, 30

Bernat Pere fa testament, en el qual nomena marmessors, entre ells, Pere Rigall; disposa d'ésser sebollit al cementiri de de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església llega els seus masos, que havien estat del seu germà Guillem, l'heretat que tenia als llocs anomenats Escapçada i Tàpies, la part del mas dit de Narbona als termes de la parròquia de Sant Esteve, la part que tenia a la parròquia de Santa Maria de Vilanant, a la Riera, sota el Solar, i l'alou de la parròquia de Vilanant, que va de l'estrada en avall, que porta del Molar a Llers, al lloc dit Valls, i l'alou que tenia a la Coma del Molar. Posa, però, al susdit prelat, Pere Rigall, la condició que faci venir el bisbe de Girona perquè li canti una missa i l'absolgui sobre el seu sepulcre, a canvi de rebre de la canònica, el pontífex, dues lliures de plata pagadores en espècie.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47-47v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 293.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 226.

C

Testamentum Bernardi Petri quo legavit dicte ecclesie mansos suos qui fuerunt Guilelmi, fratris sui, et hereditatem suam que habeat in loco quem dicitur Escapciata, et in Tapias, et partem mansi vocati Narbona, siti in parochia Sancti Stephani, et partem mansi siti in parochia Sancte Marie Ville Abundantis, in ipsa Riera, que est subtus Solarium, et alodium in parochia predicta Ville Abundantis de ipsa strada en avall que ducit de ipso Molare usque in Lercium, in loco qui vocatur Vallis, et alodium quod est in Coma de ipso Molare.

3 chalendas novembris, anno 36 Philippi regis.

n. 172

D

3 kalendas novembris, anno 36 regni Philippi regis. Bernardus Petri *fa testament, y en ell manumissor entre altres Petrus Rigualli, prelatus Sanctae Mariae, a cuya iglesia dexa muchas cosas, terras y dominis, amb la obligació següent:* et dominus Petrus fatiat venire episcopum Gerundensem ad ecclesiam Sanctae Mariae, que mihi cantet missam et absolvat me super

sepulcrum meum et ipse donet ei duas libras platae in rebus valentibus, *on demana ser sepultat en lo cementiri de Vilabertran.*

ca. 1090-1095¹

Jobert Jobert, Ponç Adalbert, Bernat i Ramon Adalbert donen a Santa Maria de Vilabertran un alou situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Martí, al lloc anomenat Nefegio.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9536, perg. 196.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 263.

5In nomine Domini. Ego Gauceburtus et Poncius Adalberti et Bernardus et Remundus donatores sumus Domino [Deo et Sancte Marie] ecclesie Villa Bertrandi. Manifestum est enim quia placuit nobis et placet ut scripturam donationis fecissemus, sicuti et facimus, Domino et Sancte Virgini Marie de alodio quod nos habemus infra comitatum Bisuldunensis, in parrochia Sancti Martini [...] uel in Nephegio. Et aduenit nobis predictum alodium de parentibus nostris uel pro qualicumque uoce. Hoc predictum alodium de [...] [tradimus], deliberamus in potestatem predictae ecclesie Sancte Marie et clericorum suorum cum omnibus afrontationibus sibi pertinentibus et cum omnibus exitibus et regressibus uniuersis sine ullo retentu. Si quis autem hanc scripturam donationis ad irrumpendum [uenerit], nil proficiat, sed componat prenomiatum alodium sicut sacrilegus ad iam dictam ecclesiam Sancte Marie. Et inantea [hec] scriptura [omni tempore maneat] firma.

Sig+num Gauceburti Gauceburti, sig+num Poncii Adalberti, sig+num Bernardi, sig+num Remundi Adalberti, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus et firmauimus et firmare rogauimus.

Sig+num Bernardi Odonis. Sig+num Renardi Oliue. Sig+num Dalmathii Renardi. Sig+num Remundi Berengarii.²

Petrus, presbiter, qui hanc scripturam donationis scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

¹ Atès les dates en què apareixen els personatges testimoniats en aquest diploma i la data anterior d'una intervenció de Pere Rigall com a escrivà, crec que hom pot situar la cronologia del present diploma entre 1090 i 1095 com a dates extremes.

² A continuació, tres *signums* sense nom.

1096, gener, 10

Constança dóna a Santa Maria de Vilabertran unes cases, casals i terres que té al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Martí de Peralada, als termes d'Olives i a Morasac, així com un mas i part d'una trilla situats a la vila de Peralada.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 8954, perg. 160.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 227.

₂In nomine Domini. Ego Constantia, femina, dono Deo et sue genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi alodium meum proprium, quod habeo in comitatu¹ Petralatensi, in uilla et parrochia Sancti Martini de Petralata et in terminis eius, uidelicet, in Oliuuis, totum quod ibi habeo, hoc est, casas, casales, terras et omnia et in Mauriciago² quod ibi habeo. Et in iam dicta villa Petralate mansum cum terris cum parte mea de ipsa trilia, que omnia adueniunt mihi per uocem meorum parentorum. Hec omnia superius dicta que in memoratis locis habentur, sicut terminantur et concluduntur cum suis affrontationibus a parte orientis, meridiei et occidui siue aquilonis cum suis omnibus et exiis et regressiis, trado a meo iure in potestatem iam dicte Sancte Marie et suorum clericorum ad proprium alodium sine ullo retentu et inquietudine ullius uiuentis pro remedio anime mee. Si quis uero hanc cartam irrupere temptauerit, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed iam dicta omnia in duplo componat prefate Sancte Marie et suis clericis et sua cum melioratione. Et hec carta firma perpetim consistat.

Que est acta IIII idus ianuarii, anno XXXVI³ regni Philippi regis.

Sig+num Constantie, que hanc cartam fieri iussi, firmaui et firmare rogauí.

Sig+num Gilaberti Gilielmi. Sig+num Ramundi Petri. Sig+num Petri Campi Magni. Remundus, presbiter*.

Guilielmus, leuita, qui hanc cartam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

¹ *em* esborrat.

² La lletra *erra* és escrita damunt una *e* anterior.

³ El punt després de XXXVI està escrit sobre una lletra i esborrada. B llegeix XXXVII.

1096, gener, 23

Arsèn fa testament, en el qual lega a l'església de Santa Maria de Vilabertran el mas Domènec i el mas de l'Om situats dins els termes de la parròquia de Santa Cecília de Terrades.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Arsendis, femine, quo legavit dicte ecclesie mansum Dominicum et mansum de Ulmo in parochia Sancte Cecilie de Terradis.

10 chalendas februarii, anno 36 Philippi regis.

n. 168

1096, febrer, 15

Arsèn fa un nou testament, en el qual confirma a l'església de Santa Maria de Vilabertran la deixa del mas Domènec i el mas de l'Om situats dins els termes de la parròquia de Santa Cecília de Terrades.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Arsendis, femine. Est simile testamento supra n. 168 designato.¹

Actum idus februarii, anno 37 Philippi regis.

n. 173

¹ Vegeu el document anterior.

1096, març, 1

Pere Bonfill dóna a Santa Maria de Vilabertran un alou que té al comtat de Peralada, al terme de la parròquia de Santa Maria de Castelló i la part que té al petit mas on habita Llorenç i la que té en el que viu Adalbert Camardell, així com altres béns que té també a l'Estany.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 226v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 230.

Kalendas martii, anno 36 regni Philipi regis. Petrus Bonifilii dono Deo et Sanctae Mariae Villaerbertrandi alodium, quod habeo in comitatu Petralatensi, infra terminos parroquiae Sanctae Mariae de Castiliono, ipsam meam scilicet partem ab integro quam habeo in manso ubi habitat Laurentius quidam homo, et in mansiolo ubi habitat Adalbertus Camardel dictus, et in omnibus quae pertinent iam dictis mansis, terris, etc., et partem quam habeo in ipso Stagno, etc. Quae omnia trado a meo iure in dominium praelibatae Sanctae Mariae et suorum clericorum.

1096, agost, 31

Per ordre del jutge Bernat Guifrè, en presència dels sacerdots Pere Ramon, Martí, Ponç Guillem, Berenguer Ramon i d'altres, Arnall Bernat i Guilabert Jofre, damunt l'altar de Santa Anastàsia de la catedral de Girona, presten jurament de la darrera voluntat de Dispòsia, la qual nomenà marmessors els germans Guadall Guadall i Berenguer, fills seus; Benet, abat de Banyoles; l'ardiacà Ramon Guisad; Bernat Guillem i Berenguer Sonifred de Camós; disposà d'ésser sebollida al cementiri de Sant Esteve de Banyoles i, entre altres béns, llegà a Santa Maria de Vilabertran una tina i una tona que tenia a Sant Pere de Julià [Juià].

[A]: Original perdut.

B: Trasllat del 25 de juliol de 1121. Barcelona, ACA, Cancelleria, Ramon Berenguer III, carp. 27, núm. 39.

a. MALLORQUÍ GARCIA, Elvis. *El monestir de Sant Miquel de Cruïlles*, doc. 17.

b. BAIGES, Ignasi J.; FELIU Gaspar; SALRACH, Josep M. (dirs.). *Els Pergamins de l'Arxiu*, doc. 291.

Hee sunt condiciones sacramentorum facte ordinate Bernardo Guifredi, iudice, cora sacerdotibus Petro Raimundi et Martino, Poncii Guilielmi et Berengarii Raimundi et aliorum hominum. Testificati sunt testes his nominibus: Arnallus Bernardi et Guilabertus Gaucfredi. Nos prelibati testes, unum date testimonium, iurante in Deum et super altare Sancte Anastasie, quod situm est in ecclesia Sancte Marie sedis Gerunde, quia nos uidimus et audiuius et presentes ibi eramus quando quedam Disposia, iacens in domo sua, que est iuxta castrum Corneliano, detenta ab egritudine, qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela, ordinauit suam extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum, per quod constituit ut essent sui elemosinarii ac manumissores; hii sunt: Guadallus Guadaldi et Berengarius, fratres, et filius suus et Benedictus abbas et Raimundus Guisadi archileuita et Bernardus Guilielmi et Berengarius Seniofredi de Camons, quibus iniunxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti, sicut hic scriptum est. In primis dimisit corpus suum ad Sanctum Stephanum, protomartirem Christi, et cenobio Balneolas et in cimiterio eiusdem loci precepit collocari, si potuit fieri. Si uero non posset fieri, ubicunque quieuiset in ipsius sancti loci nomine quiescere cupiuit. Dimisit etiam iam dicti Sancti Stephani ipsum suum alaudium quod habebat in Monte Signo et possidebat et homines per eam in Cirised, toto

ab integre, cum pertinenciis et affrontationibus suis, propter remedium anime sue. Item dimisit ad Sancte Marie sedis Gerunde ipsum suum alodium quod habebat in parrochia Sancti Petri de Iuliano ad ipsa canonica. Ad Sancti Petri Gallicantum dimisit ipsam hereditatem, terciam partem de ipsum meum alodium quod habebat in Armentaria de Sancto Gregorio ut teneat eum Guadallus, filius suus, dum uiuit, et post obitum suum fiat proprium Sancti Petri. Ad Sancta Maria predicte que dicitur de Stagno dimisit ipsum suum alodium de Terracola, ipsam terciam partem, et possideat eum Guadallus, filius suus, dum uiuit, et post obitum suum fiat proprium Sancte Marie predicte. Et ipsum suum alodium quod habebat de Villatorta et ipsum de Planedes et ipsum Sancti Petri Castaniedel et ubi uirus suus Guadallus et ipsa emerunt de Umberto, episcopus Barchinone, et Girbertus, frater suus, de Gelida, dimisit Sancti Petri sedis Vico ad ipsam canonicam, et ipsum alodium abstulit a Ermengaudus Arnalli et Garsendis uxor et habent suas scripturas, quod ipsa eis querelauit et querelabat per toltam. Et dimisit ipsum alodium quod habebat ad ipsas Ollas, in parrochia Sancti Andree de Tonna, qui ei adueniebat per uocem maternam et per sua compra, ubique in ipso loco, ad Sancti Stephani de Montar, sub tali conuentu quod, si filius suus mitterent presbiterum in ecclesia predicta, ipsum presbiter habeat et teneat predictum alodium ad seruicium Dei et Sancti Stephani. Et, si presbiter ille non mouetur stare et missa pro anima sua cum ebdomanis unam Deo reddere, predictum alodium et suo esplet mittant predicti filii sui ad lumen et restaurationem eiusdem ecclesie fideliter. Ad Sancta Maria de Pudolos dimisit I quarteradam de suo alodio, prope ipsa ecclesiam, optimo loco, de ipsa medietate de Petri Bernardi, ipsa fexa quod Petrus Ademar laborabat. Et dimisit ad Sancti Petri de Corneiano de suo alodio campum Redonel, qui fui de Petrus Bernardi, sub tali conuentu quod Guilielmus Bernardum, filium suum, teneat eum dum uiuit et donet inde Sancti Petri unam libram cere cunctis festiuitatibus, et post obitum eius fiat predictum campum proprium Sancti Petri iam dictum. Et dimisit ad Bernardum Guilielmi de Puials, suo elemosinario, ipsum ferragenal, quod tenebat per eam ad suum proprium alodium et ipsam terram quem Guilielmus Iohannis solebat laborare per eam, de ipsa carrera que uadit ad ecclesiam Sancte Eulalie et alia uia que pergitur ad ipsam Fontem et usque ad Ortum, quo pica millum erit tonori, tota ab integre ad suum proprium, sub tali conuenientia quod, si filiis suis, Guillelmus Bernardi aut Berengarius, uolebant sibi demandare predictum alodium per ullius uoces, emendam sibi fecissent in duplo, in tali loco quod obtime predictus Bernardus paccatus inde fuisset. Item dimisit ad filium suum Guillelmum Bernardi medietatem de suo alodio, quod ipsa habebat et tenebat, ipsum qui fuit de Petrus Bernardi de Corneliano, qui ei adueniebat per donum, quod Guillelmus

Bernardi dedit per scripturam Bernardus iudex ditauit et roborauit, de alodiis qui sunt in territorio Bisullunensi et in Pudolos, cum omnibus suis affrontationibus, sicut predicta scriptura resonat, scilicet, in comitatu Gerundensi et in parrochiarum de Puials et de Surds, cum omnibus pertinentiis suis siue laboratum siue cultum et eremum, et aquis et molendinis et arboribus et boscos diuersi generis et omnibus suis pertinnitionibus, exceptus ipsum quod superius dimisit ad Guadallum, filium suum, ipsum castrum de Montar, quod habebat in comitatu Ausone, ad suum proprium, simul et ipsos alodios quod ipsi et Guadallus, uirum suum, emerunt de Poncius de Barchinona, et, sicut in scriptura ipsa resonat, unde predictus Poncius de suo iure in illorum tradidit potestatem cum pertinentiis quod ad predictos alodios pertinet, exceptis ipsa comba quod Berengarius Guitardi laborabat extra ecclesiam Sancti Stephani, et ipsum alodium quod ipsa emit de Guilielmo Raimundi ad ipsa Rocha, qui fuit de Ramon Goltre, sub tali conuentu quod, si Guadallus predictus obierit, similiter dimisit ipsum castrum et alodios ad Guilaberto, quod uocant Pages, si uiuus fuerit, aut, si non esset uiuum, alio suo germano, a cui Guadallus predictus dimittat. Et dimisit ad Guilla, uxor Guadalli, ipsum mansum ad ipso uilar ubi habitat Guilielmus Ermengaud, cum suis pertinentiis et affrontationibus, et ipsa comba extra ecclesiam Sancti Stephani et ipsum campum qui fuit de Od Gitter et alio campo qui est iuxta casam Petrus Arnalli, quod ipsa emit de Sauarig de Terrers, ad suum proprium alodium. Item dimisit ad Berengario, filio suo, quator mansis in parroechia Sancti Stephani de suo alodio unus mansum ubi Guillelmus Genter habitat et alius qui fuit de Oliba Bernardi et alium de Guillelmus Seniofredi de Bagues et alium de ipsa Romegera, qui fuit de Gaucfre Guillelmi; hos mansi cum suis pertinentiis et affrontationibus fiant suum proprium alodiis. Alios alodios, que habebat ad ipsa Montada et in Terers et ipsum qui fuit de Ponc del Portel et ipsum qui fuit de Inel et filio suo et Ponc, et quod habebat in cunctis locis, quod superius scriptum est, ubi ullam compram fecit que eis tenebat, dimisit inter Guadallum et Berengarius, filius suus, ad eorum proprio, solide et libere. Ad Sicards, filia sua, dimisit in Clerano de suo alodio ipsa sua hereditate qui ei adueniebat de paternam et maternam dimissionem ad suum proprium alodium. Et dimisit eam similiter ipsam hereditatem in Perduds, sub tali conuentu quod, si predicta Sicards, et post eius obitum reuertatur predicta hereditate de Perduds ad Sancti Michaelis de Crudilias, et sub tali conuentu quod Guadallus, filius suus, habeat ipsam hereditatem quod Gaucfredus, frater suus, dimisit ei dum uixerit, et post eius obitum predictum alodium de Perduds solide et libere reuertatur ad Sancti Michaelis ad suum proprium. Et si Guadallus aut Berengarius, frater et filiis suis, et Guillelmus Bernardo uolebant contrarietatem facere de ipsas

hereditates de ipsis alodiis quod dimisit,prehendisset et habuisset suam hereditatem siue Guillelmo equaliter in cunctis locis. Et dimisit pro anima mea sua ipsa sua mula et rogauit ut ipsi sui elemosinarii uendissent eam ut melius potuissent et diuidissent ipsum precium, sicut ipsa iniuncxit et dilexit pro anima sua. Ad Sancta Maria Riuipullenti I libram platee et mapes meliores. Ad Sancti Stephani de Baioles¹ alia libra et alia mapes ad caritatem monachus inibi manentibus ut orent pro anima sua. Ad Sancti Danielis alia propter remedium anime sue. Et qui remanet de ipsum precium dimisit due uncias ad Sancti Petri de Rodes. Ad Sancti Petri de Corneiano alias duas uncias ex auro Valentie. Ad Sancti Petri de Rodes alia uncia quod sibi debebat per Guillelmum Bernardi. Ad dompnus episcopo Bernardo Gerunde dimisit ipsum suum pulinum ut cantet missam pro anima sua, si Deus uoluntatem et mercedem suam placet. Ad Sancta Eulalia de Puials VII solidos. Ad alia Sancta Eulalia V quod ipsa eas debebat per Petrus Bernardi. Et dimisit ad iam dicta Sancta Eulalia VII solidos et alia Sancta Eulalia IIII solidos denariorum Bisulduni. Ad Sancti Stephani de Surds IIII solidos. Ad Sancti Petri Gallicantu II uncias in rem ualente. Ad Sancti Stephani de Montar alias II. Ad Petrus Suniarii, presbiter, dimisit parilio II de suos bobus meliores cum suo aper. Et unam equam faluam ad Guillelmus Bernardi, filio suo. Et una pulina, que abuit ipsam equam, dimisit eam ad Bernardum Guillelmi. Ad Berengarius Seniofredi ipsam equam ferrannam et ipsa pulina, qui est filia sua de ipsa equa. Ad Berengarium, filio suo, dimisit ipsa equa falua. Ad Guadallum ipsa equam que abebat per eam. Et ipsam tinam et tonnam que abebat in Iuliano ad Sancte Marie de Villa Bertrandi. Et dimisit ad Guadallum, filium suum, ipsa sua uexela que abebat in Montar, tota ab integre, et donasset ad Raimundi archileuita X solidos de diners et misisset eos in dispensa clericorum antequam sepultura fuiset facta de ea, ad, si non, ad ipsa confratria. Alio sue mobile pane et uino, boues et porchos et omnia sua uascula maiore uel minore que abebat a die qua obiit misit in Deo baiulia et de suos elemosinarios, et rogauit eos per Deum modo et mercedem eorum ut duabus dies tenuissent eam et non sepelissent eam neque sepelire dimisissent usque ad tercium diem, et ipsi presbiteri siue monachi et clerici predictis tribus diebus mansissent super eam et reddidissent missas et oraciones et officiis pro anima sua et pro omnibus fidelibus defunctis. Et que remansit super hac dispensa ipsi sui elemosinarii ad seruitium Dei et pro remisione anime sue reddere uoluerint. Et precauit uniuscuique dimisit suo alodio et reddidissent XXX missas pro anima sua. Item dimisit ad Sancto Stephani cenobii unum modium de forment et medium ordei. Et ad Sancti Stephani et ad ipsa sacrista in potestate Bonus Homo dimisit quarta I de forment et de ordei ad luminaria

¹ *Baioles* corriget de *Baloles*.

eiusdem loco. Et ipsum suum mulum dimisit per suos debitos, et mandauit de ipsum precium de predicto mul reddidissent sui elemosinarii XXXIII solidos de plata ad Dalmacium Gaucberti. Et ad Iohanni Raulf XIII solidos de diners de Bisilduno. Ad Guillelmi Bernardi, filium suum, dimisit midio modio frumenti et ipso ordeo que habebat in ipsa archa de ecclesia que erat plena. Et de alio ordeo, que erat in alia archa, dimisit III sestarios ad Ermengaud. Et truga I et alios III a Gilabert et I truga. Ad Petrus Suniarii una truga que fuit de Guillelmus Fels. Et dimisit ad monachis Sancti Stephani per receptionem modium I ordei et III ansunias, sub tali conuentu quod a die XXX post obitum suum fuissent de predicto ordeo et ansunie bene et honorifice conuocati in eiusdem refretorio de pulmentis et piscibus. Et unquam in aliam rem fuisset donatum neque liberatum nisi in eius receptum. Ad ipsa confradria, ad octobris, VI bacons et II lads et I perna, que est in kasa de Alaman, et medium modium frumenti, qui est in ipsa kasa de Guillelmus Seniulli de Rouodons, et bacon maior unum, qui erat in sacrario de Petrus Dominico, in Rouodons; et ipsum bacon maior fuisset datum per moltons ad ipsa confradria. A Guillelmus Seniulli sestarios II de frument. A Guilielmum Ademar, presbiter, sestario I de furment et I porchet. A Bernard Poncio, presbiter, sestario I de furment et porch, qui fuit de Bonadona. Et a Bonadona truga I, que sibi nutriuit. Ad Petrus Guillelmi, capellano, sestario I de forment et alium ordei. Ad Ansulf, presbiter, sestario I de forment et I truga, qui erat pregnans. Ad Petrum Gaucbert sestario I de forment et alium ordei. Et istum frumentum et ordeum fuisset eis datum in Crudilias. Et ad Sancti Petri Vice sedis dimisit ipsum uinum, qui erat in ipso uexel in solaro de Montar, iuxta tonna de Guadal, filium suum. Et dimisit sestario III^{or} uncias ad Bernard Guillem, quas sibi debebat per unum kauallum, quo uendidit ei, et mandauit reddere eas de suos bobus et uaccas. Et debebat in Pugals et in Clerano predictas III uncias et III solidos mig de plata a Guillelmo Guillelmi et X solidos de diners a Ramon Lobaton. Et VIII ad Arnal Adalbert. Et suum enselament a Bernard Guillem. Ad Petrus Ballofre, presbiter, sestario I de forment et I uitulum. Et de ipsis bobus de Clerano, unum ad Berengarium Seniofredi, et suum uinum qui habebat in Ausona dimisit eum per suos debitos et hoc quod habebat in Clerano. Et donasset Guillelmus Fels a Guilabert sestarios II de uino et III quarterias de ordei. Et inter Bonadona et filio sestario I de ordei et emina de espelta. Et dimisit in Iohannet et in Macolem ad Sancti Petri Gallicantum ipsas suas hereditates que ibi habebat per suum alodium. Ad Guilielmum Fels dimisit quarterias III de forment et emina de I ordei. Ad Benedictus, abbas, I gaudenga et feltre cum suo lane et plumas [de brose]. Ad Petrus Suniarii I gaudenga cum listas blauas. Ad Ermengaud et Guilabert II quarterias de forment in Ausona. Ad Sancti Sepulcri de Girunda dimisit ipsum

alodium, qui emit de filiis Mariniano ad Riodauite. Ad Guitardus, presbiter, sestario I de frument et emina I de ordeï. Ad Petrus Suniarii ipsum uinum, qui est in sacrario Arnalli. Ad Albertus III^{or} sestarios de forment. Et suas pelles grisas dimisit eam ad Berengario Seniofredi et uendisset eas et, de ipso precio quod prehenderit de eas, uixisset inde in suo loco pro anima sua usque peruenisset ante altare Sancti Petri apostoli Rome et reddisset de ipsum precium mediam libram plate predictum Sanctum Petrum xxx missas. Et sua pellicia uero dimisit eam Guillam, uxor Guadaldi, et fecisset utilitate facere de ipsas pro anima sua. Ad Sancti Michaelis de Crudillas sestarios III de frument et III de ordeï. Ad Sancta Eulalia sestarios III, inter ordii et frumentum. Ad Guillelmum Bernardi, presbiter et capellanum, similiter. Et ad alios clericos eiusdem ecclesie eminas III inter ordeï et forment. Et qui remansit in Crudillas de suo blad, fuisset ad suos debitos. Ad Petrus Seger quateria I de ordeï. Ad filium suum, Guillelmum Bernardi, dimisit ipsum alodium que habebat in Rouodons de uita sua, sub tali conuentu quod, si de sua elemosina quod dimisit pro anima sua uoluerit ei tollere neque inquietare, hoc alodium et mobile, sine ulla reseruatione, totum quod ipsi dimisit ei reuertisset Deo et Sancte Marie sedis, proprialiter ad ipsa canonica; et dompno episcopo Bernardo et ceteris canonicis excommunicassent eum et cunctarum honoris sue. Et de Guadallo et Berengario similiter, si ullus in rem abstulissent ei de sue helemosine, tantum ut redirexissent sine engan in potestate sui elemosinarii siue elemosina predicta.

Fuit factum prescriptum testamentum XV kalendas octobris, anno XXXVI regni Filippi regis.

Firmitatum fuit a supradicta conditrice Disposia signo puncti et a reliquis firmatoribus, scilicet, Raimundo archileuita et Benedicto abbate et Berengario atque Arnallo et Guilaberti atque Ermangaudo et Arnalli Adalberti.

Scriptor Petrus presbiter.

Nos supra dicti testes testificamus et iuramus in Deum et in supradicto iuramento quia, sicut superius scriptum est, et ita a supra nominata testatrice Disposia ordinatum est et firmatum nobis audientibus et uidentibus per extremam uoluntatem suam infra primi sex menses post obitum predictae testatricis.

Late condiciones II kalendas septembris, anno XXXVII regni Filippi regis.

Sig+num Arnalli Bernardi, sig+num Guilaberti Gaucfredi, qui supradictum testimonium uidimus et iurando firmauimus.

Sig+num Poncii Guillelmi SSS. Petrus, presbiter. Signum+ Martinus, presbiter. + Bernardus, iudex et caput scole.

+ Arnallus, leuita, qui hoc rogatus scripsit in literis fuis et rasis die et anno quo supra.

Guillelmus, leuita, qui hoc translatum scripsit VIII kalendas augusti, anno XIII regnante Ledouico rege.

1096, setembre, 15

Arnall Guillem, Alexandre, Arnall Ramon i el prevere Joan Bernat, marmessors del difunt Pere Arnall, fan donació a Santa Maria de Vilabertran del llegat del susdit Pere Arnall, consistent en les tres quartes parts d'una vinya dita Pegatestes, i de les oliveres que hi ha en ella, excepte la quarta part de l'olivera gran, que havia llegat a la seva germana; aquest alou és situat al comtat de Besalú, dins els termes de la parròquia de Sant Esteve de Biure. Donen també a la predita canònica tot el que el testant tenia al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Vicenç de Cabanes, per herència de la seva difunta mare, Martina, i així mateix la seva herència als termes de les parròquies de Sant Joan de Vilatenim i de Sant Esteve de Vila-Sacra, a l'indret anomenat Palol.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 8950, perg. 168.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 224.

¶ In Christi nomine. Nos pariter Arnallus Guilielmi et Alexander et Arnallus Ramundi et Iohannes Bernardi presbiter, qui sumus tutores et helemosinariū condam Petri Arnalli,¹ donatores sumus Domino Deo et Sancte Mariae Ville Bertrandi. Certum quidem et manifestum sit cunctis quia precepit nobis iam dictus Petrus Arnalli ad suam extremam uoluntatem, suis tantum modo uerbis nobis promulgatam, persistens pleniter in sua memoria ac loquela ut scripturam donationis fecissemus Domino et iam dicte Sancte Marie, sicuti et facimus, de ipsis alodiis que ipse habebat infra comitatum Bisuldunensis, intra parroechiam Sancti Stephani de Béneuuiere, id est, ipsam uineam, quam dicunt Pecatestes, tres partes et ipsas oliuarias, que ibidem sunt, ab integro, excepta quarta parte ipsius maioris oliuarie, quam concessit sorori sue; et infra comitatum Petralatensis, intra parroechiam Sancti Vincentii de Cabannis, omnem suam portionem que illi continebat per uocem condam matris suae Martinae, in cunctis suis alodiis, mansis et columbariis et terris, cultis et heremis, et intra parroechiam Sancti Iohannis de Villa Timim, simili modo omnem suam hereditatem, et infra parroechiam Sancti Stephani de Villa Sacra, in loco dicto Palatiolo et in eius terminis, simili modo omnem suam portionem. Sicut terminantur prefata alodia separatim in diuersis² locis posita, a parte orientis, meridiei siue occidentis atque circi cum

¹ *Petri Arnalli* escrit després de correcció.

² La de té un signe d'abreviatura expuntuat.

uniuersis in se habentibus et ingressiis et regressiis cunctis, sic donamus nos prefati helemosinarii iam dicta alodia, sicut superius sunt scripta, Domino Deo et prelibato loco Sancte Marie omni tempore fideliter possessura pro reme[dio] anime suae et parentum suorum. Si quis autem hanc scripturam donationis nostrae irrumpere temptauerit, nil proficiat, set ut sacrilegus componat. Et inantea hec scriptura firma permaneat.

Que est facta XVII kalendas october, anno XXXVII regni Philippi regis.³

Sig+num Arnalli Gilielmi, sig+num Alexandri, sig+num Arnalli Ramundi, sig+num Iohannis, presbiteri, qui hanc scripturam donationis fieri iussimus, firmauimus et firmare rogauimus.

Sig+num Viatoris. Sig+num Genesisii. Sig+num Petri Pelia. Sig+num Petri Pontii.

Guilielmus, leuita, qui hanc scripturam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

³ C el data d'un any abans, el 1095.

1096, octubre, 19¹

Adaleds fa testament, en el qual nomena marmessors el seu fill Guillem Seguer, Guillem Girbert i Pere Rigall, prevere i prelat de Santa Maria de Vilabertran, en el cementiri de la qual església disposa d'ésser sebollida i a la qual llega tot el que li pertany de l'església de Sant Mateu de Vilademires amb els delmes, primícies, oblacions i drets de cementiri; també un mas que té als termes de la mateixa parròquia amb una cabanera, terres, vinyes, oliveres i altres arbres, però en reserva la tinença per al seu fill Guillem Seguer de son vivent a canvi del cens d'una gallina pel mas. Al seu fill Guillem, també li imposa la condició de celebrar l'aniverari del seu òbit i que pagui un convit als clergues de Santa Maria de Vilabertran.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9887, perg. 459.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 299.

C: Regest: *Memorial ajustado del pleyto que el cabildo*, núm. 115.²

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 231.

¶In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Adaláidis³ facio testamentum meum taliter. Primitus precor ut sint elemosinariū mei, scilicet, filius meus, Gilielmus Segarii, et Gilielmus Gerberti⁴ et Petrus, presbiter atque prelatus Sancte Marie, qui post obitum meum potencialiter atque fideliter distribuunt omnia mea, sicut in hoc predicto testamento inuenerint ordinatum. In primis iubeo corpus meum sepeliri⁵ in cimitterio Sancte Marie de⁶ Villa Bertrandi. Et dimitto predictae Sancte Marie omnem meam porcionem ecclesie Sancti Mathei de Villa Damires cum omnibus decimis et primiciis⁷ et cimiterio et oblacionibus et uniuersis sibi pertinentibus. Et ipsum meum alodium, scilicet, ipsum meum mansum, quod ego habeo in paroechia predicti Sancti Matei cum I kabaneria simul cum terris et uineis et oliuariis et arboribus et uniuersis sibi pertinentibus ab integro. Et predictus filius meus Gilielmus teneat in diebus uite sue iam dictum mansum cum omnibus sibi apendentibus per manus clericorum Sancte Marie predictae⁸ et per singulos annos donet recognicionem⁹

¹ Vegeu el que dic a la nota 24.

² C considera que Pere Rigall era fill d'Adeleds, però atès que l'original diu *filius* i no *fili* el seu fill només era Guillem Seguer.

³ *Adaláidis* escrit amb la primera i sobreposada.

⁴ La e és una transformació d'una i prèvia.

⁵ L'escrivà inicialment va escriure *sepelliri*, però després va esborrar la primera *el*.

⁶ *de* escrit sobre la línia.

⁷ La segona i afegida sobre la línia.

⁸ *predictae* escrit sobre la línia.

predictus Gilielmus iam dicte Sancte Marie per iam dictum mansum gallinam I. Et post obitum eiusdem sit predicte Sancte Marie prefatum mansum cum omnibus sibi pertinentibus sine ullo retentu. Et Sancte Marie Riuipollentis dimitto ipsum meum mansum de Seradell quem tenet Bernardus Fortis cum terris et uineis et omnibus sibi pertinentibus et post obitum predicti filii mei Gilielmi remaneant predicte Sancte Marie Riuipolentis ipsas meas oliuarias quas habeo in uilla Sancte Leochadie, scilicet, quantum in illis abeo uel abere debeo cum I peciola de terra. Et filiee mee Amaltrudis dimito ipsum mansum quod habeo in paroecchia Sancti Petri de Monte Acuto, in loco qui uocatur Chintana, ubi abitat Gaucefredus¹⁰ cum terris et uineis et arboribus et omnibus sibi pertinentibus et cum molendinis de ipsa Buxeda.¹¹ Et Sancte Marie sedis Gerunde, scilicet, ad canonicam eiusdem, dimito omnem meam porcionem ecclesie Sancti Saturnini¹² de Arenis cum omnibus decimis et primiciis et oblacionibus et omnibus sibi pertinentibus et cum I^o cellario. Et post obitum filii mei Gilielmi dimito predicte kanonice¹³ Sancte¹⁴ Marie ipsum meum mansum, quod habeo in Villa Morel cum terris et uineis et omnibus sibi pertinentibus, quem teneat predictus filius eius in uita sua,¹⁵ ita ut teneant iam dictum mansum Raimundus et Petrus, filii iam dicti Gilielmi, in diebus uite illorum. Et post obitum eorundem fiat de predicta kanonica, sicut superius scriptum est ab integro.¹⁶ Et filie mee Adaladis dimito ipsum meum alodium,¹⁷ scilicet, I^m mansum, quod ego habeo in Villa Iohannis, in quo habitat Petrus Gilielmi Faber, cum omnibus sibi pertinentibus, excepta I uinea, que¹⁸ mihi aduenit de comparacione, et dimito eam Sancto Michaeli de Fluuiano. Aliud uero omne meum alodium, quod habeo in paroecchia Sancte Marie de Villa Iohanis, dimito predicto filio meo Gilielmo, taliter ut ten<e>at eum omnibus diebus uite sue. Et post obitum eiusdem fiat de predicta Adaladis, filia mea. Et ipsum meum alodium, quod habeo in paroehccia Sancte Marie, que uocatur Interpetras, dimito predicto filio meo Gilielmo, taliter ut teneat illud in diebus uite sue et post eiusdem obitum remaneat ad Petrum Cauarocas et ad fratrem suum, Berengarium, ab integro. Et Bernardo Gilielmi, filio filii mei, post obitum patris eius dimitto II^{os} meos mansos in paroecchia Sancti Petri de

⁹ *recognitionem* escrit sobre la línia.

¹⁰ La síl·laba *ce* afegida sobre la línia.

¹¹ Des de la a de *ipsa* fins al final de *Buxeda* escrit després d'una correcció.

¹² La segona síl·laba *ni* afegida sobre la línia.

¹³ La segona ena corregida damunt una ce.

¹⁴ *Sancte* abreujat *See*, sense corregir.

¹⁵ Des de *quem teneat* fins a *uita sua* escrit sobre la línia.

¹⁶ La segona te cancel·lada i la e escrita sobre la línia.

¹⁷ A continuació, hi ha l'espai de cinc lletres esborrades per rasura.

¹⁸ El pronom relatiu *que* està abreujat, però al damunt de la línia hi ha una u i una e que desenvolupen l'abreviatura.

Logordano, quos tenet Gerallus Mironis. Et ipsum meum alodium, quod ego abui in parrochia Sancti Martini de Cabicione per auctoritatem¹⁹ patris mei, Mironis, aut pro qualicumque uoce, scilicet, in Pugo Karachol, et ego dedi Stefanie, filie mee, pro sua hereditate, aucto et confirmo infantibus eiusdem. Aliud uero cunctum meum alodium, quod ego habeo uel abere debeo pro qualicumque uoce in comitatu uidelicet Bisildunense uel extra dimitto predicto filio meo Gilielmo ab integro²⁰ pro melioratione sua scilicet et pro hereditate sine ullo retentu. Et per singulos annos recognoscat predictus filius meus aniuersarium meum ut donet receptum clericis predictae Sancte Marie de Villa Bertrandi. Et omne mobile meum quod abuero²¹ ad diem obitus mei diuidant illud predicti elemosinarii mei per monasteria et per ecclesias et per clericos ut melius et²² fideliter uiderint et potuerint. Et hoc testamentum²³ firmitatem obtineat.

Facto hoc testamento XIII kalendarum decembrium,²⁴ anno XXX^o VII^{o25} regni Filippi regis.

Sig+num Adalaidis,²⁶ que²⁷ hoc testamentum fieri iussi et firmaui et firmare rogauit.

Sig+num Raimundi Bernardi.²⁸ Sig+num Gilielmi Seniofredi. Sig+num Poncii Gilielmi. Sig+num Seniofredi Iuliani. Sig+num Arnalli Olibani.²⁹

Dalmacius, presbiter, qui hoc testamentum scripsi cum litteris supra positis in VIII^{o30} et X^o VII^o regulo et rasis in XVIII^o et sub die subscripsi et anno quod supra.

¹⁹ La síl·laba *tu* repetida per diplografia.

²⁰ A continuació, hi ha una paraula d'unes cinc lletres esborrada per rasura.

²¹ El final *ero* escrit després d'una correcció.

²² *et* escrit sobre la línia.

²³ La u escrita sobre una o anterior.

²⁴ El mes de desembre sembla equivocada, pel de novembre. En el diploma següent, el testament sacramental, consta el mes de novembre, però, detall important, després d'una esmena. L'escrivà del testament sacramental devia tenir a la vista el testament original, que el va induir a error, però se'n va adonar a temps.

²⁵ La V està escrita damunt una correcció.

²⁶ La primera i de *Adalaidis* escrita sobre la línia.

²⁷ La e escrita sobre la línia, i és transformació d'una i anterior.

²⁸ La primera i de *Raimundi* escrita sobre la línia.

²⁹ A continuació, hi ha unes lletres esborrades.

³⁰ A continuació, hi ha una altra I, però ha estat esborrada.

1096, desembre, 3

Per ordre del jutge Bernat i en presència del sacerdots Ramon sagristà i de Guillem, dels clergues Guillem, Berenguer i Arnall, i dels laics Udalguer, Arnall i Guillem Ramon, Sonifred Julià i Arnall Oliba, sota jurament damunt l'altar de Santa Anastàsia de la catedral de Girona, presten testimoniatge de la darrera voluntat manifestada per Adaleds.

[A]: Original perdut.

B: Duplicat:¹ Girona, ACG, Pergamins dels segles IX-XII, carp. 3, núm. 123.

C: Còpia simple. Barcelona, BC, reg. 9896, perg. 459.

D: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 17v.

E: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 237.

a: MARTÍ CASTELLÓ, Ramon. *Els inicis de l'organització feudal*, ap. 427, p. 571-574, ex A.

b. MARTÍ CASTELLÓ, Ramon. *Col·lecció diplomàtica de la seu de Girona, 817-1100*, doc. 485.

Hee sunt conditiones sacramentorum facte ordinante Bernardo iudice [coram sacerdotibus Ra]jimundo sacrista et Gilielmo,² in preséntia Gilielmi³ et Berengarii ac Arnalli clericorum, [laicorum uero Udal]g[ari et Ar]nalli atque Gilielmi Raimundi, testificati sunt testes his nominibus: Seniofredus Iuliani et Arnallus Oliue. Nos prelibati testes, unum dantes testimonium, iuramus in Deum et super altare Sancte Anastasie, quod situm est in ecclesia Sancte Marie sedis Ierunde, quia nos⁴ uidimus et audiuimus et presentes eramos quando condam⁵ Adalaydis,⁶ femina, iacens apud domum Arnalli Olibe predicti, que est subtus castro Montis Acuti, detenta ab egritudine, qua obiit, dum esset in sua plena memoria ac loquela ordinauit suam extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum

¹ Com és sabut, els originals podien ésser múltiples. Reben aleshores el nom de duplicats. I si ja els originals podien estar afectats d'errors de còpia, perquè, tècnicament, no deixaven d'ésser una còpia presa a partir de la minuta o esborrany; en el cas dels duplicats, els errors de transcripció podien ésser més nombrosos. Aquest sembla el cas del document que ara ens ocupa. Té signatures autògrafes que l'acrediten com a original, però presenta també notables errors de còpia; entre ells algunes omissions, que l'allunyen de la condició més genuïna dels originals. Remeto, per a la demostració, a les variants textuals que constato entre B i C, de les quals, naturalment, em serveixo per intentar la reconstitució textual primigènia.

² C omet els mots *sacrista* i escriu *et Petro* en comptes de *et Gilielmo*.

³ Però signa un *Poncius*. Vegeu també la discordança indicada en la nota 5. Deu tractar-se d'errors de còpia de l'escrivà Pere levita.

⁴ C omet *nos*.

⁵ B omet *et presentes eramus* i en comptes de *condam* escriu *quedam*.

⁶ Les lletres *di* escrites sobre la línia.

per suum firmum testamentum, per quod constituit ut essent sui elemosinarii et manumissoris, scilicet, filius eius, Guilielmus Segarii, et Guielmus Girberti ac Petrus Rigualli, quibus iniunxit distribuere omnia que abebat per ordinationem prefati testamenti, sicut hic scriptum est. Primum iussit corpus suum sepeliri in cimisterio Sancte Marie de Villa Bertrandi. E<t> dimisit predicte Sancte Marie omnem suam porcionem ecclesie Sancti Mathei de Villa Damires cum omnibus decimis et primiciis et cimisterio et oblationibus et uniuersis sibi pertinentibus et ipsum suum alodium, scilicet, et ipsum suum mansum, quem illa abebat in parrochia predicti Sancti Mathei, cum una cabaneria simul cum terris et uineis et oliuariis et arboribus et uniuersis sibi pertinentibus ab integro.⁷ Et predictus filius eius Guielmus teneat in diebus uite sue iam dictum mansum cum omnibus sibi ap[en]dentibus per manus clericorum predicte Sancte Marie, et per singulos annos donet recognitionem iam dicte Sancte Marie per nominatum mansum gallinam I. Et post obitum eiusdem sit predicte Sancte Marie sine ullo retentu. Et Sancte Marie Riuipollentis dimisit ipsum suum mansum de Serradell quem tenet Bernardus Fortis cum terris et uineis et omnibus sibi pertinentibus. Et post obitum predicti filii sui Guielmi remaneant predicte Sancte Marie Riuipollentis ipsas suas oliuarias, quas habebat⁸ in uilla Sancte Leochadie, scilicet, quantum in illis abebat uel habere debebat cum I peciola de terra. Et filie sue Amaltrudis dimisit ipsum mansum, quod habebat in parrochia Sancti Petri de Monte Acuto, in loco qui uocatur Cintana, ubi abitat Gaucefredus cum terris et uineis et arboribus et omnibus sibi pertinentibus et cum molendinis de ipsa Boxeda. Et⁹ Sancte Marie sedis Ierunde, scilicet, ad channonicam eiusdem dimisit omnem suam portionem aecclesiae Sancti Saturnini de Arenis cum omnibus decimis et primiciis et oblationibus et omnibus sibi pertinentibus et cum I cellario. Et post obitum filii sui Guielmi dimisit predicte cannonice Sancte Marie ipsum mansum¹⁰ quod abebat in Villa Morell cum terris et uineis et omnibus sibi pertinentibus, quem teneat predictus filius eius¹¹ in uita sua, ita ut teneant iam dictum mansum Raimundus et Petrus, filii iam dicti Guielmi, in diebus uite illorum¹² teneant iam dictum mansum et post eorundem obitum¹³ sit de predicta canonica totum ab integro, sicut superius scriptum est. Et filie sue Adalaidis dimissit ipsum suum alodium, scilicet, unum mansum, quem ipsa habebat in Villa Iohannis, in quo abitat Petrus Gilielmi

⁷ B escriu el text *et arboribus et uniuersis sibi pertinentibus ab integro* una mica abans, abans de *ipsum suum mansum*.

⁸ La hac afegida sobre la línia.

⁹ B omet *Et*.

¹⁰ C llegeix *suum mansum*.

¹¹ C escriu *suus*.

¹² B escriu *ita ut Raimundus et Petrus, filii iam dicti Guielmi, in diebus uite eorum*.

¹³ C llegeix *obitum eorundem*.

faber cum omnibus sibi pertinentibus, exceptus¹⁴ una uinea que ei aduenit de comparatione, quam dimisit Sancto Mikaeli de Fluuiano. Omne aliud alodium quod abebat in parroechia Sancte Marie de Villa Iohannis dimisit filio suo Gilielmo ut teneat eum omnibus diebus¹⁵ uite sue et post obitum eius fiat¹⁶ de predicta Adalaidis. Et ipsum alodium quod habebat in parroechia Sancte Marie, que uocatur Interpetras, dimisit predicto filio suo Gilielmo ut teneat illud in diebus uite sue. Et post eius obitum remaneat ad Petrum Cauaroches et ad fratrem suum Berengarium. Et Bernardo Guielmi, filio filii sui, post obitum patris eius dimisit II mansos in parroechia Sancti Petri de Locguordano, quos tenet Gerallus Mironis.¹⁷ Et ipsum alodium,¹⁸ quod illa abebat in parroechia Sancti Martini de Cabitione per auctoritate patris sui, Mironis, et per donationem uiri sui, Segarii, quod¹⁹ ipsa dedit Stephanie, filie sue, pro sua hereditate auctorizabat et confirmabat infantibus eius.²⁰ Aliud uero cu<n>ctum suum alodium, quod ipsa habebat et habere debebat pro qualicumque uoce in comitatu uidelicet Bisillunensi uel extra dimisit predicto filio suo Gilielmo²¹ pro melioratione sua et²² pro hereditate sine ullo retentu. Et per singulos annos recognoscat predictus filius eius anniuersarium suum²³ ut donet receptum clericis predictae Sancte Marie de Villa Bertrandi. Et omne mobile suum quod habebat ad diem obitus sui diuidant illud predicti elemosinariū per monasteria et ecclesias et clericos ut melius fideliter uiderint et potuerint. Et hoc testamentum firmitatem optineat.

Fuit factum prescriptum testamentum XIII kalendarum nouembrium,²⁴ anno XXXVII regni Filippi regis.

Firmatum fuit a supra dicta conditrice Adalaide signo puncti et a reliquis firmatoribus, scilicet, Raimundo Bernardi et Guielmo Seniofredi ac Poncio Gilielmi atque Seniofredo Iuliani siue Arnallo Olibani.

Scriptor huius testamenti Dalmacius, presbiter.²⁵

¹⁴ C escriu *et exceptus*.

¹⁵ B escriu *in*.

¹⁶ B escriu *sit*.

¹⁷ B omet des de *Et Bernardo Guielmi fins a Gerallus Mironis*.

¹⁸ C llegeix *suum alodium*.

¹⁹ Des de *et fins a quod omès* per C. I a continuació, C afegeix *aut pro qualicumque uoce, scilicet, in pugo Karacol. Et*.

²⁰ B *eiusdem*.

²¹ C afegeix *ab integro*.

²² C escriu *scilicet*.

²³ B escriu *filius eius predictus anniuersarium suum*.

²⁴ C llegeix *decembrium*.

²⁵ Al testament recollit en el document anterior, però, hi consta com a escrivà *Dalmacius presbiter*. B llegeix *Raimundus*.

Nos predicti testes testificamur et iuramus in Deum et in supra dicto iuramento quia, sicut superius scriptum est, a supra nominata testatrice ita ordinatum est et firmatum nobis uidentibus et audientibus per extremam uoluntatem suarum rerum. Insuper nos prelibati testes iam dictum testamentum uidimus publicari et legi coram sacerdote Raimundo in presentia Arnalli Gaucefredi siue Arnalli Mironis atque Berengarii necne aliorum in cimiterio Sancti Petri Montis Acuti, ante caput eius ecclesiae, infra primos VI menses post obitum predictae testatricis quod testificando iuramus in Deum et in supranixo iuramento.²⁶

Late conditiones III nonas decembris, anno XXXVII²⁷ regni Philippi regis.

Sig+num Seniofredi Iuliani, sig+num Arnalli Olibe, qui supra dictum testimonium dedimus et iurando firmauimus. Sig+num Arnalli. Sig+num Berengarii Raimundi. Sig+num Gilielmi Raimundi.²⁸ Sig+num Udalgarii. + Guilielmus, sacer.*²⁹ + Raimundus Mironis, sacrista.* + Bernardus, iudex et caput scole.* SS Poncius, ipodiaconus.* + Berengarius, ypodiaconus.*³⁰ + Arnallus, ypodiaconus.*

SSS Petrus, leuita,³¹ qui hoc rogatus scripsit die et annoque prefixo.

²⁶ B omet el text des de *Insuper* fins a *iuramento* i es limita a escriure *infra primos VI menses post obitum predictae testatricis*.

²⁷ C llegeix XXXVIII.

²⁸ B omet *Raimundi*.

²⁹ Signatura omesa per C.

³⁰ Signatura omesa per C.

³¹ C transcriu *ipodiaconus*.

1097, gener, 11

Adalaidis dóna a Santa Maria de Vilabertran una feixa de terra que té al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Pere de Figueres, damunt de la Calçada.

A: Original. Girona, ADG, Fons de Santa Maria de Vilabertran, perg. 6.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47v.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 232.

₃In nomine Domini. Ego Adalaidis, femina, dono Deo et sue Genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi alodium meum, quod aduenit michi per uocem parentum meorum in comitatu Bisuldunensi, infra terminos parrochie Sancti Petri de Ficiariis, supra ipsam Calciatam. Et est una feixa de terra que affrontat a parte orientis in terra Bonifilii Sesmundi, ab occiduo in terra de Ramundo Gilaberti, de meridie in ipsa eadem, de circio in planta Berengarii Ecardi. Quantum infra has III^{or} affrontaciones includitur, totum dono iam dicte Sancte Marie pro remedio anime mee et a meo iure in suum¹ transfundo dominium et potestatem ad proprium alodium sine ullo retentu, ita scilicet ut nec michi nec aliqui [...] sit licitum hanc cartam ab hodierno et deinceps irrumpere. Quod qui uoluerit facere, in duplo componat ipsum alodium Sancte Marie iam dicte et suis clericis. Et hec carta firma maneat omni tempore.

Que [est acta] III idus ianuari, anno XXX VII regni Philippi regis.

Sig+num Adalaidis, que hanc cartam [fimaui] et firmare rogau.

Sig+num Petri Pontii. Sig+num Arnalli Pontii. Sig+num Gilielmi Pontii. Sig+num Marie. Sig+num Ermendgardis.

Sig+num Adalberti Tassi. Sig+num Galin. Sig+num Duranni Pontii.

Guilielmus, leuita, qui hanc cartam scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

¹ La segona u de *suum* escrita en un segon moment sobre la línia.

1097, abril, 7

Ponç Gerall dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas situat a la parròquia de Santa Maria d'Agullana, al lloc anomenat Puig Moratell.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Pontium Geraldi dicte ecclesie de manso sito in parochia de Agullana, in loco vocato Puio Muratelli.

7 idus aprilis, anno 37 Philippi regis.

n. 176

1097, maig, 3

Pere Bernat i la seva muller Lluçena donen a Santa Maria de Vilabertran un alou situat al comtat de Peralada, a la parròquia de Santa Eulàlia de Noves, prop de la Riera, consistent en la meitat d'un petit mas i la tercera part de les seves terres i vinyes, així com la meitat del que tenen al paratge anomenat Argelac, amb la reserva, però, de violari per al donant a canvi del cens anual d'una gallina i d'una mitgera de forment; després de la seva mort, quedarà per a la seva esposa i fills pel cens d'una gallina, una mitgera de forment o d'ordi i l'agrer de les terres si és que volen ésser fidels dels clergues de Vilabertran.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9891, perg. 461.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 209v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 234.

4In nomine Domini. Ego Petrus Bernardi et uxor mea Lusenna donamus Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium, quod habemus in comitatu Petralatensi, in parrochia¹ Sancte Eulalie de Nouis, ad ipsam scilicet Rieram. Est autem ipsum alodium medietatem de uno mansiolo et terciam partem quam habemus in ipsis terris, in duobus locis, et partem de ipsis uineis. Et in alio loco ad ipsum [Arg]elac ipsam medietatem.² Aduenit mihi iam dicto Petro Bernardi prephatum alodium per comparisonem uel per qualescumque uoces. Michi uero Lusenne per meum decimum. Quantum ergo habemus uel habere debemus in iam dicto alodio, totum ab integro, donamus iam dicte Sancte Marie ad proprium alodium pro remedio animarum nostrarum cum omnibus sibi pertinentibus, exitibus et regressibus et affrontationibus uniuersis. Et habeat prelibata Sancta Maria et eius clerici de prescripto alodio dum ego iam dictus Petrus Bernardi uiuus fuero I gallinam per unumquemque annum tenuitionem et I migera de furmento. Post mortem meam emnam I de ipso manso inter furmentum et ordeum et gallinam iam dictam et agerium de aliis terris omnibus iam dictis de mea parte. Et iam dicta uxor mea post mortem meam cum filiis meis teneant iam dictum alodium per manum clericorum Sancte Marie, si bene uoluerint seruire et fideles esse de ipso alodio prefate Sancte Marie et suis clericis, ita ut memorati filii mei non alienent partem quam habent ibi, sed dimittant eam prenominate Sancte Marie. Si quis uero

¹ La ce està afegida sobre la línia.

² Des de *in alio loco* fins a *medietatem* escrit sobre la línia.

hanc scripturam irrumpere uoluerit, nullo modo proficiat, sed in duplo iam dicta omnia cum sua melioratione componat. Et hec scriptura firma perpetim consistat.

Que est acta V nonas mai, anno XXXVII regni Philippi regis.³

Sig+num Petri Bernardi, sig+num Lusenne, femine, qui hanc cartam donationis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Iohannis, sig+num Bernardi, filiorum iam dicti Petri Bernardi.

Sig+num Bernardi Augustini. Sig+num Arnalli Olibe. Sig+num Arnalli Petri. Sig+num Ferreoli Gondeballi. Sig+num Adalberti Adalberti.

Guilielmus, leuita, qui hanc cartam donationis scripsi, subscripsi die et anno quo supra, cum superscriptione que est in II linea.

³ B dóna la data de les nones.

1097, juny, 4

Ermessèn lliura a Santa Maria de Vilabertran l'alou que el seu difunt marit, Dalmau Seguí, havia donat a la mateixa canònica el dia del seu òbit, consistent en un mas situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Vilar d'Oliba [Sant Pere dels Vilars], on habita Ponç Guifrà. L'atorgant, però, per disposició del seu espós, tenia el susdit mas en violari, però en aquest acte hi renuncia a canvi de rebre 40 sous de moneda de Besalú del prelat Pere Rigall i dels altres clergues.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9895, perg. 448.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 235.

³In nomine Domini. Ego Ermessendis femina deffinio et euacuo Domino et Sancte Mariae Ville Bertrandi ipsum alodium quod Dalmatius Seguini, condam uir meus, ei dimisit ad diem obitus sui pro remedio anime sue, id est, mansum unum cum omnibus sibi pertinentibus, terris, uineis et arboribus diuersi generis et pascuis et exiis et regressiis et affrontationibus uniuersis. Et est ipse mansus in comitatu Bisuldunensi, in parrochia Sancti Petri de Villare Olibano et habitat ibi quidam Pontius Guifredi. Dimisit enim predictus uir meus iam dictum mansum mihi per uiuolarium, id est, ut haberem et tenerem eum in uita mea, et post mortem meam remansisset iam dictae Sancte Marie. Ego uero accipiens a domno Petro prelato et clericis iam dicte Sancte Mariae XL solidos monetae Bisulduni deffinio, ut dictum est, ipsum alodium et omnes uoces quas ibi uisa sum habere et a potestate mea in potestatem Sancte Marie trado, ita ut nec ego nec aliquis mee posteritatis iam dicta omnia possimus repetere uel hanc cartam in aliquo diuellere; quod qui uoluerit facere, nullo modo proficiat, sed predicta omnia in duplo componat. Et hec carta omni tempore firma permaneat.

Que est facta II nonas iunii, anno XXXVII regni Philippi regis.

Sig+num Ermessendis, que hanc cartam fieri iussi, firmaui et firmare rogau.

Sig+num Gaucfredi Dalmatii, sig+num Hugonis Dalmatii, filiorum ipsius Ermessendis, qui hanc cartam laudamus.

Sig+num Remundi Segarii. Sig+num Gaucfredi Segarii. Sig+num Remundi Seniofredi. Sig+num Seniofredi Gigo. Sig+num Guilielmi Segarii, presbiteri, SSS.¹

Guilielmus, leuita, qui hanc cartam scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

¹ Els noms dels tres darrers testimonis han estat escrits o han signat en un moment posterior a la redacció del document.

1097, agost, 7

Bernat Guillem, desitjant conquerir Jerusalem i alliberar el Sant Sepulcre, fa testament, en el qual nomena marmessors la seva esposa Beatriu, el seu cunyat Humbert, Bernat Pere, Berenguer Ramon, Bernat Odó i Jofre Guillem; deixa a Santa Maria de Vilabertran el mas de Podols, amb una cabanera, terres i vinyes; un terç del mas on viu Bernat Requesens, el mas de la Riera de parròquia de Santa Maria de Vilanant, habitat per Bernat Sal·la, juntament amb la part del mas que hi té Pere Miró amb un molí, horts i arbres i una cabanera prop del riu Manol, amb les oliveres i mig hortell tingut per Pere Miró; confirma a la mateixa canònica la donació feta anteriorment de les seves tres parts del mas de Font del Rei, unes vinyes i terres de Timoners amb un sagrer i el cortell de Vilafant i el mas que tenia per violari on habità el difunt Ermengol Miró.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9950, perg. 455.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47v-48r.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 236.

¶In nomine Domini. Ego Bernardus Guilielmi, cupiens ire in seruicium Dei ad expugnandam Iherosolimam et deliberationem Sancti Sepulchri, uolo ordinare per hoc testamentum omnes res meas mobiles et immobiles. In primis eligo manumessores Beatricem, uxorem meam, et Umbertum, fratrem eius, et Bernardum Petri et Berengarium Reimundi atque Petrum Reimundi et Bernardum Otonis necnon Gaucefredum Guilielmi, quibus iubeo meam uoluntatem implere, sicut hic inuenerint scriptum. Dimitto enim Sancte Marie Ville Bertrandi mansum de Puteolis cum omnibus sibi pertinentibus et cabaneriam que est iusta predictum mansum cum terris, uineis et uniuersis sibi pertinentibus, sicut scriptum est in scriptura donationis, quam ei feci cum tercia parte ipsius mansi, ubi habitat Bernardus Rechosendi. Dimitto iterum eidem Sancte Marie mansum qui est in parrochia Sancte Marie Ville Abundantis, in ipsa scilicet Riera,¹ ubi habitat Bernardus Sanla, cum terris et uineis et omnibus sibi pertinentibus simul² cum hoc quod³ Petrus Mironis tenet de predicto manso cum molendino et suis pertinencis et ortis et arboribus et tenuicionibus

¹ A continuació hi ha un *pro* escrit abreujadament i esborrat.

² Inicialment, l'escrivà va escriure *sumul*, però tot seguit va expuntuar el segon traç de la primera u per deixar escrit *simul*.

³ *quod* escrit sobre la línia.

cunctis et una cabeneria, que iuxta⁴ ripam Manibuli est, cum oliuariis et medietate ortelli, quem tenet iam dictus Petrus Mironis. Et de manso Fontis Regii tres partes, quas ibi habeo, cum omnibus sibi pertinentibus et tenuicionibus uniuersis. Et dimitto ei ipsas uineas cum terris de Timonariis cum sacrario et curtilio de Villa Fedant, sicut resonat in scriptura donationis quam inde feci iam dicte Sancte Marie. Et mansum. quem teneo per uiuolarium, ubi habitauit condam Ermengaudus Mironis remaneat iam dicte Sancte Marie. Sancto Stephano de Balneolis dimitto mansum ubi habitat Miro Baronis cum omnibus sibi pertinentibus. Et Sancte Marie Villae Abundantis dimitto baiuliam et totum hoc quod habeo in alodio Petri Antonii et in alodio quod fuit condam Petri Viues. Et Sancte Marie sedis Ierunde dimitto ipsas suas sinodos. Et sorori mee Arsendi dimitto ipsos duos mansos in parrochia Sancte Marie de Cistella: unum, ubi⁵ habitat Raimundus Ysarni, et alium, ubi habitat Gerbertus, cum omnibus sibi pertinentibus, quos pater meus dedit matri sue pro emendatione alodii sui. Et Sancto Stephano de Balneolis dimitto ipsum suum alodium de parrochia Ville Abundantis. Et uxori mee Beatricii dimitto ipsum kastrum Solarii cum domibus et cellariis, que in circuitu sunt, cum uinea de Mortes et cum omnibus alodiis et feuis et baiulias, quos ego habeo et omnes debent habere per me, ita ut habeat et teneat cum ipso infante de quo grauida est modo. Et si ipse infans mortuus fuerit ante legitimam etatem, remaneant predicta omnia iam dicte uxori⁶ mee in diebus uite sue. Alia uero, que dimittere non debeo, siue de alodis siue de feuis, remaneant, sicut pater meus ordinauit, inter fratres meos. Similiter et de his,⁷ que sanctis dimisit et ego dimitto, sicut testata sunt, ita relinquuntur sanctis ab integro sine ullo retentu. Et unusquisque de fratribus meis redimat hereditate de alodium Surdorum. Post obitum uero predictae Beatricis uxoris⁸ mee, si predictus infans mortuus fuerit ante legitimam etatem, remaneant predicta omnia, que uxori mee dimitto, Remundo Guilielmi, fratri meo, si uiuus fuerit.⁹ Et predictum kastrum cum predicto honore, quem dimitto predictae uxori mee et predicto infanti, relinquo atque dimitto in defensione Dei et omnium sanctorum et tuicionem, guarda atque proteccionem Bernardi comitis, senioris mei, et in baiulia Umberti, fratris predictae uxoris mee, et Bernardi Petri et Bernardi Arnalli¹⁰ et Berengarii Raimundi et Arnalli Raimundi Ville

⁴ La veix escrita sobre la línia.

⁵ La u està escrita sobre la correcció d'un primer traç d'una be.

⁶ Inicialment, l'escrivà va escriure *uxorii*, però després va expunturar la darrera i.

⁷ La hac escrita sobre la línia.

⁸ La essa escrita sobre la línia.

⁹ *quod si ipse mortuus fuerit* cancel·lat.

¹⁰ *et Bernardi Arnalli* escrit sobre la línia.

Mulorum et Arnalli de Lercio et aliorum seniorum et amicorum et hominum¹¹ meorum. Et, si predicti, quibus dimitto iam dictum honorem, mortui fuerint, iam dictus comes preuideat de propinquioribus meis, cui debeat melius succedere¹² prefatum kastrum cum iam dicta honore qui, secundum ordinacionem suam, habeat iam dictum kastrum cum predicta honore ad seruicium iam dicti comittis. Et omni mobile meo accipiant helemosinari mei medietatem, et soluant inde omnia debita mea, sicut scriptum est in ipso breue, que fieri iussi de debitis. Et omnia alia mobilia¹³ remaneant predicte uxori mee. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Facto hoc testamentum nonas augusti, anno XXXVIII regni Philipi regis.

Si+gnum Bernardus Guilielmi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et firmare rogauí.

Si+gnum Petri Bernardi. Si+gnum Petri Raimundi. Si+gnum Arnallus Raimundi. Si+gnum Guilielmi Bernardi. Si+gnum Arnallus Guilielmi. Si+gnum Petri Raimundi, baiulo.

Petrus, presbiter, qui istum testamentum rogatus scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

¹¹ La hac afegida sobre la línia.

¹² La última e escrita sobre la línia.

¹³ *mea* cancel·lat.

1098, febrer, 13

Eriball fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran l'església de Sant Feliu de la Guàrdia amb totes les dècimes, les primícies, les oblacions i els trenta passos eclesiàstics.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 17.

In sacco inscripto “consecrations y privilegis apostolichs” sunt reposite donationes ecclesiarum et institutiones beneficiorum.

Tituli ecclesie predicte de Guardia

Testamentum Eriballi, quo legat ecclesie Ville Bertrandi ecclesiam predictam Sancti Felicis de Guardia cum decimis, primiciis et oblationibus et triginta passus in circuitu dicte ecclesie.

Idus februarii, anno 38 regni Philippi regis.

n. 44 B

1098, febrer, 14

Arnall, sacerdot, fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran tot l'alou que té als termes de la parròquia de Sant Vicent de Cabanes i de la parròquia de Sant Joan de Vilatenim.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Arnaldi sacerdotis, quo legavit dicte ecclesie omnia alodia que habebat infra terminos Sancti Vincentii de Cabanis et parochia Sancti Joannis de Vilatenim.

16 chalendas martii, anno 38 Philippi regis.

n. 182

1098, abril, 11

*Publicació sacramental del testament d'Eriball, en el qual llega a Santa Maria de Vilabertran una coromina situada sota el camí que anava a Vilacolum, que li havia pres Ramon Bernat de Salvació, de Sant Felíu, i també li deixa l'església de Sant Felíu de la Guàrdia.*¹

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9549, perg. 129.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 17.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 284v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 238.

[...] manso tribuatur Sancte Marie [...] libere et solide in capite feixe Sancti Felicis Guardia et [...] Sanctae Mariae condaminam, que est infra uia que uadit ad uillam [...] et aliam uiam que uadit [...] Villa Mucrum, sicut teneo eam in meo dominio in emendacione [...] passuum, quos prius dederam ecclesie iam dicte. Ita [...] ecclesie Sancte Marie [...] uel filiis meis auere, sicut scriptum est in breue quod Raimundus Bernardi de Saluacione Sancti Felicis mihi abstulit predicta condamina, ad [...] meos [...] Raimun [...], filiis meis, dimitto equaliter omnem honorem meum, quem habeo et habere debeo in Guardia, in parrochia Sancti Felicis [...] quod dimitto sanctis. Et [...] meum proprium et ferragenale et ortos, quos ibi habeo, que dimitto solide prefato filio meo Raimundo in melioracione, tali [...] predictorum filiorum meorum sine [...] quis obierit [...] remaneat. Neque liceat aliqui predictorum filiorum aliquid honoris uendere aut impignorare [...] aut [...] de [...] horientis [...] de meridie in termino de Villa Mucrum, hoc est, inter Karricam et Stagnum Puliger et inter Garrigam et Stagnum Granulers (?) et de occiduo [...] Columbo et de circü [...]ris de ma[...] alodium quod habeo in parrochia de Spina Versa, quod mater mea dimissit mihi in melioracione. Dimitto filio Raimundo [...] firmitatem [...], si bene nutrierit eundem filium; si noluerit, teneat iam dictum alodium ad [...] annorum. Et Bernardo Gilielmi de [...] meum et [...] omnes feuos et baiulias, quas habeo et teneo per seniores meos, dimitto filio meo Raimundo et dimitto eum in [...] Petri et Gilielmi Raimundi et meorum [...] bene uoluerint facere. Sancto Michaeli et suis clericis VI sestarios de milio. Sancto Felici de Guardia [...] I in Paladól. Sancto Petro de Rodis alium. De mea tercia parte donent mei helemosinariü pro

¹ D'aquest testament B esmenta una lloació posterior feta per Ramon Eriball, fill d'Eriball, del 13 d'agost de 1113. I encara una confirmació que data del 21 de maig de 1120.

anima mea prout uiderint. Ad portale Sancti Petri de Rodis [...] I sester de [...] et honorem meum dimitto uxori mee ut teneat et possideat X annos et nutriat filios meos ut bona mater. Si noluerit facere [...]. Postquam predictus [...] predictum ordinavit nihil aliud [...] ordinans de supra dictis rebus defunctus est. Et III^o idus aprilis huius mensis hec uerissimi testamenti ordinatio [...] quam [...] Eriballus ordinavit de supra dictis rebus fideliter translatum est. Nos igitur supra dicti testes iuramus per presentes condiciones in iam dicto altare ecclesie Sancti Vicencii [...] presentes quando prescriptus Eriballus firmavit hoc supra dictum testamentum signo punctis sue manus. Et iussit ut a nobis [...] predictum testamentum signis [...].

Sig+num Eriballi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui firmarique rogavi [...] supra dicte condiciones [...] III^o idus aprilis, anno XXXVIII Filipo regis.

Sig+num Petri Gilielmi. Sig+num Gilielmi Adalberti. Sig+num [...]. Sig+num Girberti [...]. Sig+num Bernardi Gilielmi. Sig+num Gilielmi Ferranni. Sig+num Gilielmi Gorgbertus. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Bernardi Petri.

Guilielmus, leuita, qui hoc testamentum scripsi cum litteris super positase subscripsi die et anno quo supra.

1098, abril, 27

Testament sacramental d'Arnall Ramon, en el que llegà a l'església de Santa Maria de Vilabertran un mas situat a la parròquia de Santa Eulàlia de Vilanova de la Muga.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum sacramentale Arnalli Raymundi, quo legavit dicte ecclesie mansum unum in parochia Sancte Eulalie Ville Nove.

5 chalendas maii, anno 38 Philippi regis.

n. 179

1098, juny, 13

Ponç Gerall, desitjant anar en peregrinació al Sant Sepulcre, fa testament, en el qual nomena marmessors Jobert Ebrí, Bernat Enric i l'esposa d'aquest, Ermesèn, i llega a Santa Maria de Vilabertran tota l'heretat que té a la vila d'Agullana.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9739, perg. 430.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 47v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 239.

⁴In nomine Domini. Ego Poncius Geraldus¹ cupio pergere ad Sanctum Sepulcrum et timeo die mortis mee et propterea facio meum testamentum. Domino Deo comendo anima mea et Sanctae Marie et omnibus sanctis suis et comendo mea elemosina ad meos elemosinarios, id est, Gaucbertus Ebrino et Bernardus Eianrichi et ad coniux sua Ermensendis. Volo et precor ut, si mors mihi aduenerit in hac peregrinatione, potestatem habeatis distribuere omnibus mobilibus² meis et immobilibus, sicut subterius continetur. Primum namque concedo³ ad Sancta Maria Villa Bertrandi ipsa mea hereditate quod ego habeo in uilla Agulliana, totum ab integrum. Et concedo ad Gilielmus Gaucbert de Sulssa ipsa mea hereditate, que ego habeo in Lupiano et in Sancti Pauli, qui est in terminio Cerseto. Et fiat fidelis et adiutor in cunctum meum honorem. Et concedo ad sorore mea Rodlendis et ad uiro suo fexa una de terra ad ipsas Kanals, in terminio Sancti Martini de Pau. Et concedo ad sorore mea Eldiardis peciam I uinee, que uocant in lo Manchuso. Alium cunctum meum alodium ab integrum et cunctos meos feuuos, exceptus ipsum quod ego teneo pro Gaubert Ebrino, totum ab integrum, concedo ad Bernardus Eianrichi et ad coniux sua Ermessendis et ad filios suos ut post hobitum meum maneat in illarum (*sic*) potestate ut faciant de predictum alodium quodcumque uoluerint. Et ipsos feuuos teneant pro seniore meo. Similiter concedo ipsum feuum de Gaucbertus Ebrino, si potestatem adquisiere, ut habeant per eum [...] mansum qui est [...].

Actum est autem idus iuni, anno XXXVIII regni Philipi regis.

¹ *Geraldus* afegit sobre la línia.

² El manuscrit duu escrit *momilibus*.

³ A continuació repeteix *concedo* per diplografia.

Sig+num Poncius Geraldi, qui hunc testamentum fieri iussi et firmaui et hos testes firmare rogauit.

Sig+num Bernardus Tedmar. Sig+num Reimundi Geraldi, presbiter. Sig+num Petrus Ameli, leuita.

Petrus, presbiter, qui hunc testamentum scripsi sub die et⁴ anno subscripsi quo supra.⁵

⁴ *et* repetit per diplografia.

⁵ Al peu del pergami hi ha una *probatio penne* on es llegeix *Audiuit de*.

1098, juliol, 3

Pere Pella i la seva esposa Guilla donen a Santa Maria de Vilabertran una peça de terra situada a la parròquia de Sant Pere de Figueres, sota la Calçada.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9629, perg. 79.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 248.

5In nomine Domini. Ego Petrus Pelia dono Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi simul cum uxore mea nomine Guilla alodium nostrum, id est, peciam I^{am} de terra cum homnibus affrontacionibus in se abentibus, que est in parrohcia (*sic*) Sancti Petri de Ficariis uel eius terminis, suptus ipsam Calciatam. Et aduenit mihi Petro per comparacionem, mihi uero Guille per meum decimum. Affrontat autem a parte orientis in terra Gaucefredi Segarii, de meridie in uia publica, de occiduo in terra iam dicti Petri, de parte uero circii in terra iam dicte Sancte Marie. Quantum infra has IIII^{or} affrontaciones includitur, totum ab integro, donamus pretestate Sancte Marie et a nostro iure in suum dominium tradimus et suorum clericorum sine ullo retentu pro remedio nostrarum animarum. Si quis autem contra scripturam donacionis huius uenerit ad irrumpendum, nil ei proficiat, sed in duplo prefate Sancte Marie componat. Et hec scriptura firma omni tempore maneat.

Que est acta V nonas iulii, anno XXXVIII regni Philipi regis.

Sig+num Petri Pelia, sig+num Guille, eius uxoris, qui hanc cartam donacionis fieri iussimus, firmauimus.

Wilielmus, presbiter, SSS;* Guilielmus, sacer, SS;* Guilielmus, leuita, SSSS;* Reimundus, sacer, SSS,* qui uidimus et audiuimus et presentes ibi eramus quando iam dictus Petrus Pelia cum uxore sua Guilla hanc cartam donacionis laudauerunt et laudando firmauerunt.

Arnalus, clericus, qui hanc cartam scripsi et subscripsi et anno quo supra.

1098, juliol, 7

Ramon Adalbert fa testament, en el qual nomena marmessors la seva esposa Bonadona, el seu germà Guillem i el seu fill Guillem; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega un alou situat a Garriga Plana, tres quartes de blat i tres de vi, un pollí así i dues ovelles, i per al convit un porc, un sester de forment i un altre de vi i quatre oques, i per a la sacristia cinc adnas de sardil.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9543, perg. 196.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 249.

²Quoniam debite condicionis nullus in carne positus mortem euadere potest, idcirco in Dei nomine ego Raimundus Adalberti egritudine fessus, unde timeo mori, et propterea facio meum testamentum. Domino Deo comendo anima mea et ad uos aduocatos, meos elemosinarios, id est, uxor mea, Bonadonna et Guilielmus, frater¹ meus, et Guilielmus, filio meo, mea helemosina. Et precipio uobis atque iniungo ut, quandoque mihi mors aduenerit, licentiam habeatis dare et distribuere omnium rerum mearum, mobilium scilicet et immobilium, sicut in isto testamento subterius inueneritis scriptum. Primum namque iubeo corpus meum sepellire in cimiterio Sanctae Mariae Ville Bertrandi et concedo eidem Sancte Marie ipsum meum alodium, qui est in Garriga Plana, in cunctis locis, et quartes tres de blad et tres de uino et unum pullinum aseninum et duas ouas et ad conuiuium I porc et I sester de frument et I de uinum et IIII oquas² et ad sachristia V adnas de sardil. Et ad Sancti Petri Ficharias solido dimitto I de plata. Et ad Guilielmo, capellano, tres quartes inter panem et uinum, et unum uexellum, que emi ad Sanctum Laurentium, et duas ouas et unum porcellum et duas oquas et duos aneds. Et alium meum mobilem qui remanet dimitto ad uxor mea Bonadonna et ad filiis meis, Guiliem et Ioham. Et ipsum meum alodium, quod ego habeo³ in cunctis locis, dimitto uxor mea supra scripta ut teneat et possideat in uita sua. Et post obitum suum remaneat ad filiis meis supra scriptis. Et hoc testamentum firmitatem obtineat usque dum alium faciam.

Factum hoc testamentum nonas iuli, anno XXXVIII regnante rege Philippo.

¹ A continuació hi ha una i expuntuada.

² La u escrita sobre la línia.

³ La hac escrita sobre la línia.

Sig+num Raimun, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et firmare rogavi.

Sig+num Raimundus Soniarii. Sig+num Raimundus Aua. Sig+num Stephanus Iuliani.

Guillelmus, leuita, qui hoc testamentum rogatus scripsit subscripsit die et anno quo supra.

1098, agost, 10

Ponç Oliba fa testament, en el qual nomena marmesors la seva esposa Adaleds, Guillem Argent i Ramon Jobert; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega el mas de Romeguera, situat al terme de la parròquia de Santa Maria d'Agullana, i l'alou de Puig Moratell, amb reserva de violari per a l'esposa i els fills, que en pagaran el cens d'una gallina i una aimina de vi; llega a la mateixa església una penyora que té de Dalmau Berenguer de deu lliures de plata a la parròquia de Sant Climent [Sescebes], penyora que consistia en un servei que Ramon Adalbert, Pere Adalbert i Bernat Pere havien de prestar al vescomte de Rocabertí per dos masos situats a la parròquia de Sant Climent, a Vilartolí; llega encara a Vilabertran la seva espasa, que té empenyorada a Ramon Ecard per deu sous de plata i sis diners rossellonesos; mana als marmesors que reparteixin entre Sant Martí de Peralada i Santa Maria de Vilabertran el valor del seu pa, vi i porcs, i deixa, per últim, a Santa Maria de Vilabertran una bota.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9019, perg. 134.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 240.

4In nomine Domini. Ego Poncius Oliue ob timorem repentine mortis ordino meas mobiles et mobiles et eligo manumissores uxorem meam Adalaidis et Gilielmum Argenti et Raimundum Gaucberti, qui has distribuunt, si mors mihi aduenerit, sicut in hoc testamento reperierint scriptum. In primis iubeo corpus meum sepeliri in cimiterio Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto eidem Sancte Marie alodium quod habeo infra terminos parroehcie (*sic*) Sancte Marie de Aguilana, in omnibus locis ab integro, id est, mansum de Romegaria cum suis pertinenciis et alodium de Podio Muratello, quod aduenit mihi per comparacionem parentum meorum. Et mansum, qui est supra iam dictam Romegariam, cum uinea que ibi est. Et fematis et campis et omnibus eidem manso pertinentibus, tali ordine quod iam dicta mea uxor et filius siue filia, quem ex ea abebo, teneant prefatum alodium in uita sua. Et donent per unumquemque annum clericis prescripte Sancte Marie recognitionem de prenominato alodio gallinam I et eminam uini. Post mortem uero eorum deueniat supra dictum alodium solide et libere cum integritate in ius et potestatem prelibate Sancte Marie Ville Bertrandi et clericorum ibi Deo famulancium. Iterum dimitto iam dicte

Sancte Marie pignus quod teneo de Dalmacio Berengarii,¹ in parrohcia (*sic*) Sancti Clementis per decem libras plate.² Iterum dimito ei spatam meam quam habet in pignore Raimundus Echardi per X^{cm} solidos plate et VI denarios rossellos. Sancto Martino Petralate dimito II^{as} libras plate: I^{am} operi ecclesie, alteram capellano et clericis, quos debet mihi comitissa³ et teneo inde pignus in iam dicta Petralata. Partem uero pani et uini et escam porcorum, que mihi contingere debet, diuidant mei elimosinarii inter iam dictam Sanctam Mariam Ville Bertrandi et Sanctum Martinum Petralate. Et uexellum I^m supra dicte Sancte Marie. Feuos et baiolias, quas habeo, dimito pefatem mee uxori et filio uel filie, unde est pregnans. Et remaneat in baiolia Dei et Gaucberti senioris mei et Gilielmi Renardi et filiorum suorum et Raimundi Archimballi et Bernardi Adalberti et fratris sui et militum et amicorum qui ex honore sunt Rochabertini. Pignus, ut superius dictum est, quod teneo de Dalmacio Berengarii, est seruicium quod Raimundus Adalberti et Petrus Adalberti et Bernardus Petri debent facere per qualemcumque modum uicecomiti Rochabertino de duobus mansis qui sunt in uillare Tudilino et in parrohcia (*sic*) iam dicti Sancti Clementis. Et hoc testamentum firmitatem optineat.

Facto hoc testamentum IIII^{to} idus augusti, anno XXX^o VIII regni Philipi regis.

Sig+num Poncii Oliue, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num Arnalli Vinas.⁴ Sig+num Berengarii, [fratris sui]. Sig+num Raimundi Ecardi. Sig+num Oliue Poncii. Sig+num Pontii Duranni.⁵

Petrus, subdiachonus, qui hoc testamentum scripsi, subscripsi die et anno quo supra, cum litteris fuis et emendatis.

¹ de *Dalmació Berengarii* escrit sobre una correcció per rasura.

² per *decem libras plate* escrit sobre una correcció per rasura.

³ A continuació, un espai en blanc corresponent a unes set lletres.

⁴ Descartada la forma *Vinas*, podria haver-hi sobre la ena una ratlleta per indicar l'abreviatura per a *Vineas*, però no es veu amb claredat.

⁵ B transcriu *Petri [...]*eranni.

1098, setembre, 12

Pere Adalbert fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran un alou que té al comtat de Besalú, als termes de les parròquies de Santa Maria de Vilert i de Sant Llorenç d'Espinavessa.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Petri Adalberti, quo legavit dicte ecclesie alodium quod habebat in comitatu Bisildunensi, infra parochiam Sancte Marie Ville Aderti et infra terminos Sancti Laurentii Spineverse.

2 idus septembris, anno 39 Philippi regis.

n. 187

1098, setembre, 30

Martí i la seva esposa Adaleds venen a Pere Ramon, clergue i canonge de la catedral de Girona, la casa que tenen amb Guillem Guillem dins els murs de la ciutat de Girona, a la part meridional, sota el Castell Vescomtal.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 71.

In sacco inscripto “Casa de Gerona”

Venditio facta per Martinum et uxorem suam Adalaidim Petro Raymundo, clerico, canonico Gerundensi, de domibus quas habebat cum Guilelmo Guilelmi infra muros Gerundensis civitatis, que sunt ad meridianam partem, sub Castro videlicet Vicecomitali.

2 chalendas octobris, anno 39 Philippi regis.

n. 2

1098, novembre, 3

Bernat Arnall defineix a Santa Maria de Vilabertran les possessions que el seu oncle patern, Bernat Pere, havia llegat a aquesta església, cosa que fa en bé de l'ànima del seu oncle. Les propietats són situades al comtat de Besalú, dins els termes de la parròquia de Sant Martí de Maçanet, als indrets anomenats Escapçada i Tàpies; el mas Narbona, de Sant Esteve de Manol [Avinyone] i el mas de Guillem Llull, amb la seva part d'oliveres, situat a Santa Maria de Vilanant, a la Riera, junt amb l'alou del Molar, de l'estrada en avall, que duu del Molar fins a Llers, al lloc dit Valls, i l'alou que és a la Coma del dit Molar, llevat de dues peces de terra que consten en el seu testament.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9897, perg. 459.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48 i 83.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 241.

2Hec est scriptura definicionis quam facio ego Bernardus Arnalli Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi de omnibus alodiis que condam Bernardus Petri, patruus meus, dimisit illi. Sunt autem ipsa alodia in comitatu Bisildunensi, infra terminos Sancti Martini de Macaned, in locis que appellantur Escapciata et Tapies. Et in parrochia Sancti Stephani de Manibulo unum mansum, que uocatur Narbona, cum omnibus suis pertinenciis. Et in parrochia¹ Sancte Marie Ville Habundantis, in ipsa Riera, mansum, ubi habitauit Gilielmus Lul, cum sua parte de oliuariis et ipsum alodium quod predictus Bernardus Petri emit in parrochia Ville Habundantis de ipsa strada en aual, que ducit de ipso Molare usque in Lercium, in loco qui uocatur Vallis. Et illud alodium quod est in ipsa Coma de iam dicto Molare, exceptis duabus peciis terre, sicut resonat in suo testamento. Hec supra dicta alodia cum uniuersis que ad ea pertinent definio atque omnino euacuo ego iam dictus Bernardus Arnalli prelibate Sancte Marie et suis clericis sine ullo retentu propter remedium anime predicti patru mei Bernardi Petri. Et de mea potestate in dominium trado prelibate Sancte Marie et suorum clericorum. Si quis uero hanc definitionem seu deliberationem uel euacuationem disrumpere uoluerit, nullu modo posset, sed omnia superius nominata in duplo componat iam dicte Sancte Marie et suis clericis. Et hec definitio et euacuatio firma permaneat omni tempore.

¹ La hac està escrita sobre la línia.

Que est facta III nonas nouembris, anno XXXVIII regni Philippi regis.

Sig+num Bernardi Arnalli, qui hanc scripturam definicionis et euacuationis fieri iussi, firmaui firmarique rogauit.

Sig+num Rodlandi. Sig+num Bernardi Otonis. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Petri Ermengaudi. Sig+num Bernardi Sesmondi. Sig+num Poncii Oliue. Sig+num Arnalli Gaucefredi. Sig+num Arnalli Petri. Sig+num Udalgarii.

Guilielmus, leuita, qui hoc rogatus scripsit, subscripsit die et anno quod supra.

1098, novembre, 3

Bernat Arnall defineix a Santa Maria de Vilabertran un alou que, el seu altre oncle patern, de nom Guillem [Pere], havia llegat a aquesta església, situat al comtat de Besalú, a les parròquies de Sant Martí de Maçanet, de Tàpies i de Sant Pere de la Vila d'Oliba [dels Vilars], constituït pel masos de Miralloses i Serramitjana. Aquesta evacuació, la fa en bé de l'ànima del seu oncle Guillem. Però n'hi afegeix una altra per l'ànima del seu oncle Bernat Pere i d'ell mateix, consistent en la quarta part que tots dos tenen en un petit mas de Font del Rei, on habita Arnall Guillem, i en la quarta part de les oliveres de la Riera.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10040, perg. 171.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 242.

Hec est scriptura definicionis quam facio ego Bernardus Arnalli Domino Deo et sue Genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi de quodam alodio quod condam Guilielmus, patruus meus, ei dimisit. Est autem ipsum alodium in comittatu Bisillunensi, infra terminos parrochia Sancti Martini de Macianeto et de Tapies seu Sancti Petri Ville Olibani. Sunt uero due mansi, unus in Miralioles, alter in Serra Mediana cum omnibus eorum pertinentiis, quas in diuersis habent locis. Hos ergo duos mansos cum uniuersis, ut dictum est, que ad eos pertinent definio atque euacuo ego iam dictus Bernardus prelibate Sancte Marie et suis clericis sine illo retentu. Et insuper concedo eidem Sancte Marie pro me ipso et pro remedio anime condam Bernardi Petri, patru mei, quartam partem quam ego et idem Bernardus habebamus in mansiolo Fontis Regii, in quo habitat Arnallus Guilielmi, cum his¹ omnibus que ad eundem mansum pertinent cum quarta etiam parte oliuarum que sunt in ipsa Riera. Si quis uero hanc scripturam definicionis seu donationis uoluerit irrumpere, nullo modo possit facere, sed omnia in duplo iam dicte Sancte Marie et clericis suis componat.

Et hec scriptura firma omni tempore permaneat que est facta III nonas nouembris, anno XXXVIII regni Philipi regis.

¹ La hac escrita sobre la línia.

Si+gnum Bernardi² Arnalli, qui hanc scripturam [definicionis] et donacionis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Si+gnum Rodlandi. Si+gnum Bernardi Otonis. Si+gnum Petri Raimundi. Si+gnum Petri Ermengaudi.

Factum est hoc in presentia Bernardi Sesmundi et Poncii Olibani et Arnalli Gei[raldi] et Raimundi Otonis et Udalgarii et Arnalli Petri et Raimundi Gaucberti et fratris eius Arnalli Gaucfredi³ et Guilielmus Arnalli et aliorum multorum laicorum scilicet et clericorum.⁴

Petrus, presbiter, qui ista scriptura definicionis scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

² Amb una abreviatura amb valor de *us* expuntuada.

³ Hom diria que aquí l'escrivà es va confondre amb el cognom dels dos germans. Un i altre, en principi, s'haurien de dir igual: o Jobert o Jofre, noms fàcils de confondre, d'altra banda. Però també podien ésser germans sols per part de mare.

⁴ De *factum est* fins a *clericorum* afegit en un segon moment.

1098, novembre, 23

Jobert Pere dóna Santa Maria de Vilabertran una terra situada al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Martí de Peralada, al lloc anomenat la "Lanna" de les Olives, sobre el molí de Rossinyol, que havia comprat als germans Jobert Ademar i Ramon Ademar.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9732, perg. 430.

B: Duplicat opistògraf. Girona, ADG, Fons de Santa Maria de Vilabertran, perg. 72a.¹

C: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 158 i 243.

5In nomine Domini. Ego Gaucbertus Petri facio hanc cartam donationis Domino et eius Genitrici Sancte Marie Ville Bertrandi de alodio quod habeo in comitatu Petralatensi, in parrochia, scilicet, Sancti Martini Petralate, ad ipsam Lannam Oliuarum, super molendinum Russinioli. Et est iam dictum alodium terra, quam emi a Gaucberto Ademari et Raimundo Ademari, fratribus. Et affrontat ab oriente in terra Guifredi Durauoli, et habet dextros LXVI, ab occidente in terra de [me] donatore iam dicto et Raimundi Archimballi et Raimundi Gaucberti, et habet dextros LXVI, a meridie in terra Sancti Quirici, et habet dextros III et medium, de parte uero circii in terra condam Andrei Baroni, et habet dextros III et medium per medium in ipso recliuio habet dextros XIII et medium cum dextro legitimo alnarum VII cum unciis minoribus et maioribus et medio pede. Quantum in terra iam dictis III^{or} affrontaciones includitur, totum ab integro, dono Deo et iam dicte Sancte Mariae Ville Bertrandi et clericis suis pro redemptione meorum peccatorum, ut ab hodierno et deinceps nemo sit ausus contra hanc cartam donationis uenire ad irrumpendum uel ad iam dictum alodium inquietandum. Quod si fecerit, idem alodium in triplo componat cum sua melioratione. Et hec scriptura firma maneat omni tempore.

Acta est autem hec VIII kalendas december, anno XXXVIII regni Philippi regis.

Sig+num Gaucberti Petri, qui hanc scripturam donationis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

¹ Aquest document, a diferència de l'altre, té alguns *signa* deixats sense nom.

Sig+num Eicelendis,² uxoris iam dicti Gaucberti.

Sig+num Gaucberti, clerici. Sig+num Petri Gaucberti. Sig+num Raimundi
Gauceberti. Sig+num Poncii. Sig+num Petri Vetuli.

Guilielmus, leuita, qui hanc cartam donationis scripsi, subscripsi die et anno quo
supra.

² C transcriu *Gicelendis*. D *Euclendis*.

1098, novembre, 23

Sicards i el seu espòs Pere Adalbert donen a Santa Maria de Vilabertran uns béns que tenen situats a la parròquia de Santa Cecília de Terrades, a Boadella, a l'indret anomenat Raselles.

A: Original. Girona, ADG, Fons de Santa Maria de Vilabertran, perg. 72b.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 244.

¶In nomine Domini. Ego Sicardis, femina, et [...] Arsendis donamus per hanc cartam donationis Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi [...] in parrochia Sancte Cecilie de Terrades, scilicet, in Buadella, in loco dicto Rasellas, ad ipsum [...] prata seu pascua, molendinarii domus, constructum et heremum, oliuar[...] [...] uel parentum nostrorum per parentum nostrorum totum donamus iam dicte Sancte Marie et a nostro iure in suam dominationem [...] sine ullo retentu. Si quis hanc cartam irrumpere temptauerit, non hoc ualeat uendicare quod requisierit [...] omni tempore maneat.

Acta est autem hec VIII kalendas decembris, anno XXXVIII regni Philippi regis.

[...] Petri Adalberti, uiri sui, qui hanc cartam donationis fieri iussimus, firmauimus [...].

Sig+num¹.

[Guilielmus, leuita], qui hanc cartam donationis [...] scripsi [...].

¹ Signatura deixada en blanc.

1099, febrer, 14

El sacerdot Arnall, desitjant viatjar en peregrinació al Sant Sepulcre, fa testament, en el qual llega a Adalbert Deodat un alou que és al costat del seu i que ell rebé en deixa del seu oncle matern, Joan Gomar; però, després de la seva mort, havia de quedar per a Santa Maria de Vilabertran, a la qual canònica llega també tots els alous que té al comtat de Peralada, a les parròquies de Sant Vicenç de Cabanes i de Sant Joan de Vilatenim, però amb la condició que el seu germà Bernat i el seu oncle Joan els tinguin per mà dels clergues de Santa Maria, pagant-ne braçatge i mitja calçadura; amb tot, Adalbert Gomar tindrà aquesta hisenda i n'haurà de satisfer el cens mentre Bernat i Joan puguin mantenir-se per ells mateixos. Per últim, dona a Santa Maria de Vilabertran un hort que té a la vila de Cabanes.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9689, perg. 138.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 245.

₃In Christi nomine. Ego Arnaldus, sacer, uolo peregrinare uiam peregrinationis¹ Sancti Sepulcri uel aliorum sanctorum et timeo in ipso itinere ne mors mihi surripiat et, si obiero infra tempus itineris uiam ut inde non reuertar, post mortem meam dimitto Sancto Vincentio uacam mediam et meam partem de terra quam Seniofredus Bogi tenebat, qui fuit condam. Et ipsa terra est² ad Lacunam. Et aduenit mihi per comparisonem parentorum meorum. Et dimitto Adalberto Dodati alodium meum, quod est iuxta suum, quod mihi dimisit Iohannes Gommar, auunculus meus, omnibus diebus uite sue. Et post obitum eius remaneat Sancte Mariae Ville Bertrandi. Ad fratre meum Bernardum dimitto ipsam fexam que est apud uiam Villa Tinim, quam dimisit mihi Arnaldus Seniofredi, auunculus meus, que fuit condam de Durando Peleti. Et omnia mea alodia, que abeo in comitatu Petralatense, infra terminos Sancti Vincentii de Chabanes³ siue in parrochia Sancti Iohannis de Villa Tinim, dimitto predictae Sancte Marie et Bernardus et Iohannes teneant dum uiuunt per manus clericorum Sancte⁴ Marie et ut donent supra dicte Marie⁵ et brassaticum⁶ et mediam calchaduram.⁷ Et Adalbertus Gunmari teneat predicta alodia et faciat

¹ La síl·laba *na* està repetida per diplografia.

² *est* escrit sobre la línia.

³ La hac escrita sobre la línia.

⁴ *Sancte* escrit té una primera e esborrada.

⁵ Després de *Marie* hi ha la paraula *calchaduram* esborrada.

⁶ La primera essa escrita sobre la línia.

⁷ La hac escrita sobre la línia.

prenominatum censum⁸ prelibate Sancte Marie donec prefati Bernardus et Iohannes possint tenere per se. Ortum uel clausum quem habeo in⁹ iam dicta uilla de Cabannis per emptionem dimitto prescripte Sancte Marie et Bernardus prefatus, frater meus, teneat per manus clericorum ipsius Sancte Marie et donet eis agrerium, sicut¹⁰ exire debet de qualibet terra.

Actum est hoc¹¹ testamentum XVI kalendas marcii, anno XXXVIII regni Philippi regis.

Sig+num Arnaldi, presbiteri, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et testes firmare rogauí.

Sig+num Ramundi Mironis. Sig+num Arnaldi Oliue. Sig+num Adalberti Gonde marii. Sig+num Ioanes.

Guilielmus, leuita, qui hoc testamentum scripsi rogatus, subscripsi die et anno quo supra.

⁸ Hi ha una s inicial esborrada.

⁹ *in* escrit sobre la línia.

¹⁰ La essa està escrita sobre una qu expuntuada.

¹¹ La hac escrita sobre la línia.

[1099], febrer, 28

Sonifred Gondemar dona a Santa Maria de Vilabertran un alou que té al comtat de Peralada, dins els termes de la parròquia de Sant Vicenç de Cabanes, consistent en una casa amb cortell, paredada amb la que habita Guillem Jobert, i una terra situada a Torrelles, a Clot Gogí, amb reserva de violari per a ell i per a un dels seus fills, amb l'obligació, però, de prestar a la predita canònica una gallina i una quartera d'ordi per la casa, i la tasca i el braçatge de la terra.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5503, perg. 48.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 35.

₃In nomine Domini. Ego Seniofredus Gundemari¹ dono Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium meum proprium, quod mihi aduenit per uoce parentum meorum uel per qualescumque uoces in comitatu Petralatensi, in uilla et infra parrochia Sancti Vicencii de Cabannis. Est namque iam dictum alodium domus una que se tenet² cum domo, ubi habitat Guilielmus Gaucberti, cum suo curtilo et suis affrontacionibus, et peciam terre unam in Torellis, scilicet, ad Clotum Gogim, que affrontat a parte oriente in terra Petri Iohanis et abet dextros VIII, ab occiduo in terra iam dicte Sancte Marie et abet dextros VIII, [a parte me]ridie similiter in terra Sancte Marie et abet dextros XVI, a parte circi in terra Sancti Vincencii iam dicti, et dextrum alnas abet VII ad uncias maiores et medium pedem cum pollice. Quantum concludunt infra iam dictas affrontaciones, totum, dono prelibate Sancte Marie cum exiis et regresüs, in tali conuentu ut teneam ego in uita mea per manum clericorum et donem censum per unumquemque annum de iam dicto domo gallinam I et quarteram ordeï; et de prefata terra tascam et bracaticum. Similiter teneat unus de filiis meis post mortem meam, quem clerici uoluerint; post mortem suam faciant clerici Sancte Marie predicte de prenominato alodio quod eis placuerit. Si quis autem contra hanc scriptura donationis uenerit ad irrumpendum, nil ei proficiat, sed in duplo prefate Sancte Marie cum sua componat mellioracione.

¹ La síl·laba *ri* de Gundemari està afegida sobre la línia.

² *se tenet* afegit damunt la línia.

Facta autem II kalendas marci, anno LX³ regnante Philipo rege.

Sig+num Seniofredi Gundemari, qui hanc cartam fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num Guillelmi Gaucberti. Sig+num Raimundi Gaucberti. Sig+num Petri Mascot.⁴ Sig+num Sennan. Sig+num Marie. Sig+num Se[...]. Sig+num Ermessendis.

Ego Seniofredus iam dicto mitto me in baiolia Dei et Sancti Marie [...] +.

Petrus, subdiachonus, qui hanc carta scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

³ Aquest document té una data de nou invertida; no pot ser l'any LX del rei Felip; si de cas, el XL. Però tampoc no és clar perquè l'escrivà Pere apareix aquí com a sotsdiaca i en un diploma de 1099 ja signa com a diaca. D'aquí que proposi una data imprecisa entorn de 1099.

⁴ La lletra esssa està sobreposada.

1099, març, 22

Estefania i el seu fill, Guillem Dalmau, permuten amb l'església de Santa Maria de Vilabertran el mas de Trullars, que tenen al comtat de Besalú, dins els termes de les parròquies de Santa Maria de Cistella i de Sant Feliu de Lladó, per l'alou que Arnall Ramon de Vilafant havia llegat a la canònica, situat dins els termes de la parròquia de Santa Eulàlia de Vilanova [de la Muga].

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9898, perg. 456.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 121v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 246.

7In nomine Domini. Ego Stephania, femina, et filius meus Gilielmus Dalmacii donatores et comutatores sumus Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi et conuentui suorum clericorum alodium nostrum,¹ uidelicet, mansum I quod nos habemus in comittatu Bisildunensi, infra fines et terminos parroehiae Sancte Marie de Cistella et parroehie Sancti Felicis Lutonis, scilicet, mansum iam dictum qui uocatur de Trulariis, quem damus et comutamus Sancte Marie iam dicte cum omnibus suis pertinentiis et adiacentiis uniuersis cum exitibus et regressibus et affrontationibus cunctis et cum omnibus arboribus ad illius mansum pertinentibus. Áduenit mihi predictae Stephanie iam dictum alodium per uocem parentum et mihi iam dicto Gilielmo Dalmacii per donationem matris mee iam dicte que habuit eum per hereditatem et dimissionem patris sui uel per qualescunque uoces. Quod alodium prenommatum damus et comutamus ecclesiae iam dicte Sancte Mariae Ville Bertrandi per illud alodium quod Arnallus Raimundi Ville Fedantis dimisit Deo et Sancte Mariae iam dicte in parroehia² Sancte Eulalie Ville Noue, sicuti pater meus dimisit mihi per meam legitimam hereditatem, mihi, Stephanie iam dicte, totum ab integro, sine ulla obseruatione et engán dono et comuto eidem Sancte Mariae supra scripte cum filio meo Gilielmo Dalmacii ut habeat eum et teneat in perpetuo. Si quis autem hanc scripturam uenerit ad dirumpendum, non ualeat uendicare quod requisierit, sed in triplo componat omnia superius scripta. Et postmodum hec scriptura plenam obtineat firmitatem.

Acta est autem haec scriptura XI^o kalendas apreli, anno XXXVIII regni Philippi regis.

¹ A continuació, una qu expuntuada.

² Després de la síl·laba *chi* hi ha una e expuntuada.

Sig+num Stephaniae, sig+num Gilielmi Dalmacii, qui hanc scripturam donationis et comutationis fieri iussimus, firmauimus et testes firmare rogauimus.

Sig+num Ademari Secfredi. Sig+num Petri Raimundi. Sig+num Gilielmi Guifredi. Sig+num Arnalli Oliue.³

Berengarius, presbiter, qui hanc scripturam donationis siue euacuationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

³ A continuació, hi ha l'inici d'un altre *signum*, però inacabat.

1099, maig, 4

Jofre Dalmau dona i ven a Santa Maria de Vilabertran un mas que té al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Pere del Vilar d'Oliba [dels Vilars], on habita Sirbert, cosa que fa, per amor de Déu, i per la intervenció del prelat Pere Rigall; rep, però, de preu una mula valorada en tres lliures de plata.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9740, perg. 433.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 105.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 293.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 247.

¶ In nomine Domini. Ego Gaucefredus Dalmacii dono atque uendo Domino et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium meum, id est, mansum unum quem habeo per uocem parentum meorum in comitatu Bisillunensi, in parrochia scilicet Sancti Petri Villaris Olibani, in quo manso habitat quidam homo,¹ Siribertus (*sic*) nomine, cum filiis suis. Dono autem, ut dictum est, et uendo prenominatum mansum prescripte Sancte Marie Ville Bertrandi agente domno Petro Rigualli prelato eiusdem loci propter amorem Dei et precium unius muli III² libras plate ualentis. Et est manifestum. Trado igitur eundem mansum a meo iure in ius et³ potestatem prelibate Sancte Marie et suorum clericorum cum omnibus sibi pertinentibus, terris, uincis, cultis et eremis, pratis, ortis, ortalibus, pascuis, boscis et arboribus diuersis generis, aquis, aqualibus cum exitibus et regressibus atque affrontationibus et omnibus ad utilitatem hominum⁴ pertinentibus. Si quis uero hanc cartam donationis seu uenditionis irrumpere uoluerit, non hoc ualeat uendicare quod requifierit (*sic*), set predicta omnia Sancte Marie et suis clericis ut sacrilegus componat. Et hec scriptura firma omni tempore permaneat.

Que est facta IIII nonas madii, anno XXX^o VIII regni Philippi regis.

¹ La hac és escrita sobre la línia.

² El III escrit després d'una correcció.

³ et escrit sobre la línia.

⁴ La hac escrita sobre la línia.

Sig+num Gaucfredi Dalmacii, qui hanc cartam fieri⁵ iussi, firmaui et testes firmare rogauit.

Sig+num Ugonis Dalmacii. Sig+num Gaucerandi. Sig+num Petri Suniarii. Sig+num Arnalli Olibani.⁶

SS. Arnallus, subdiaconus, qui hanc scripturam⁷ donationis ac⁸ uenditionis scripsit die et anno quo supra.

⁵ A continuació, hi ha una ge esborrada.

⁶ *Arnallus subdiaconus* esborrat.

⁷ La primera erra escrita sobre la línia.

⁸ Al davant una hac esborrada.

1099, juny, 27

Bonadona, Adaleds i Maria, germanes, donen a Santa Maria de Vilabertran un alou que tenen al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Martí de Peralada, a l'indret anomenat l'Estany, consistent en una peça de terra; es reserven, però, el dret a ésser sebolides al cementiri de l'església de Santa Maria, i, en el cas que alguna d'elles vulgui explotar la terra, aquesta s'obliga a pagar la tasca, braçatge i mitja cussura dels esplets; tanmateix, el sagristà haurà de redimir la susdita terra, empenyorada a Guillem Argent per mitja lliura de plata, i haurà de tenir-la al servei de l'altar de Santa Maria. Consta també la donació de la seva part de llur germà Pere Jobert.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9058, perg. 197.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 50.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 252.

ꝰIn nomine Domini. Ego Bonadona et Alaidis atque Maria, sorores, donatores sumus Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium nostrum, quod aduenit nobis per uocem parentum nostrorum in comitatu Petralatensi, infra parroehciam (*sic*) Sancti Martini¹ Petralate, in loco scilicet dicto ad ipsum Stagnum. Est namque iam dictum alodium pecia una terre que affrontat a parte orientis [in terra de] Sancti Petri, de meridie in terra Andree Baronis, de occiduo in ipso Stagno, de parte uero circi in terra Gaucberti Mironis. Et abet predicta terra in longitudine dextros CXX [et in] altitudine XXXVI, ad dextrum qui habet alnas VII cum unciis maioribus uel minoribus et dimidio pede. Quantum iam dicte III^o affrontaciones includunt et ipsi [...] continent, totum, nos prescripte donatrices donamus Domino Deo et prelibate Sancte Marie, pro remedio animarum nostrarum, partes scilicet nostras, quas in iam dicta terra habemus, tali conuentu ut, si aliqua de nobis iam dictis uoluerit in ipsa terra laborare, donet de expleto qui inde exierit tascham et bracaticum et mediam cusuram et [...] nostri obitus fuerit tumuletur corpora nostra in cimiterio prescripte Sancte Marie, si tali in loco mortue fuerimus, et sacricustos prelibate Sancte Marie [...] iam dictam terram de potestate Gilielmi Argenti dimidiam libram plate, et teneat eam in seruicio altaris ipsius Sancte Marie. Si quis autem contra hanc scripturam [donacionis] ad irrupendum uenerit, primum iram Dei incurrat et a cunctis Deo

¹ La erra escrita sobre la línia.

famulantibus excommunicatus persistat. Postmodum non hoc ualeat uindicare quod requisierit [...]lo prescripte Sancte Marie cum sua melioratione componat. Et prescripta omnia firma omni tempore maneat.

Acta autem hec V kalendas iuli, anno LX² regni Philippi regis.

Sig+num Bonadona, sig+num Adalaidis, sig+num Marie, que donationem hanc fecimus et firmauimus atque hos testes firmare rogauimus.

Sig+num Petronis. Sig+num Petri Pelie. Sig+num Raimundi Oliue. Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Bernardi Andree. Sig+num Iohannis Gaucberti.

Sig+num Petri Gaucberti, qui meam porcionem Deo et Sancte Marie in predicto alodio dono et donum sororum mearum, sicut iam dictum est, confirmo et laudo.

Petrus, leuita, qui hanc cartam scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

² Òbviamet, la data està equivocada i cal interpretar XL en comptes de LX. B transcriu altra vegada LX.

1099, novembre, 20

Adaleds dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran l'heretat que té a la parròquia de Sant Feliu de Lladó, al lloc anomenat Coromina, i la vinya de la parròquia de Santa Maria de Vilanant, al Pla, sota el Molar, davant del Soler.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Adalaidim, femina, dicte ecclesie de hereditate quam habebat in parochia Sancti Felicis de Ladone, in loco que vocatur Condomina, et de vinea in parochia Sancte Marie Ville Abundantis, ad Planum, subtus Molare, ante ipsum Solarium.

12 chalendas decembris, anno 40 Philipi regis.

n. 190

1100, febrer, 26

Bernat dóna a l'església de Santa Maria de Vilabertran dos masos situats a la parròquia de Sant Sadurní de Cistella, al lloc anomenat Puig.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 50.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Bernardum dicte ecclesie de duobus mansis sitis videlicet in parochia Sancti Saturnini de Cetella, in loco vocatur Pujo.

4 chalendas martii, anno 60¹ Philippi regis.

n. 221

¹ Certament aquest diploma degué ésser escrit pel levita Pere, que fa la coneguda inversió de LX per XL. D'aquí també la data que proposo.

1100, abril, 28

Guillem Dalmau, Renard Oliba i Dalmau Renard donen a Santa Maria de Vilabertran una peça de terra situada al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Esteve de Pedret, a l'indret anomenat Vilarnou de Dalt. Rengards i Adaleds, respectives esposes de Renard Oliba i de Dalmau Renard, manifesten llur acord.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9648, perg. 80.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 251.

¶In nomine Domini. Ego Gilielmus Dalmacii et Renardus Oliue et Dalmacius donatores sumus ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi. Nos pariter donamus predictae ecclesie peciam unam terre in comittatu Petralatensis, infra parrochiam Sancti Stephani de Petreto, in loco qui uocatur Villare Novo, que habet affrontationes a parte orientis¹ in alodio predictae Sancte Mariae et Primi et in ipsa uia quae ducit de domibus, in quibus Primus habitat, ad Villare Nouum Superiorem et de meridie in alodio predicti Primi et heredum suorum, ab occidentali uero parte in ipso torrente, qui discurrit tempore pluuiarum, et fid inde discursus usque in alodium Sancti Petri, quod est a parte circi. Quantum infra has affrontationes habemus, donamus et tradimus predictae Sancte Mariae et clericis eiusdem ecclesiae cum omnibus sibi pertinentibus sine ullo retentu. Et si quis hanc scripturam donationis nostre irrumperere temptauerit, primitus habeat iram omnipotentis Dei et uelut sacrilegus inter christianos deputetur. Et insuper componat predictae ecclesiae iam dictam nostram donationem secundum legem. Et inantea haec scriptura omni tempore maneat firma.

Acta est hec scriptura donationis IIII^o kalendarum maiarum, anno XL^{mo} regni Philippi regis.

Sig+num Gilielmi Dalmacii, sig+num Renardi Oliue, sig+num Rengardis, uxoris eius, sig+num Dalmacii Renardi, sig+num Azaledis, uxoris eius, qui hanc scripturam donationis nostre fieri iussimus et firmauimus et firmari rogauimus.

¹ La e escrita sobre correcció.

Sig+num Remundi Petri. Sig+num Odegarii Guanalgauzi. Sig+num Reinardi
Moratuni. + Raimundi Iohannis, presbiter siue chapellanus.*

Berengarius, presbiter, qui hoc scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1100, maig, 12

Jofre Seguer i la seva esposa Ricsens donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran una feixa de terra situada dins els termes de la parròquia de Sant Pere de Figueres, al lloc anomenat Llinars o Canals.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Gaucefredum Segarii et uxorem suam Ricsendim dicte ecclesie de una fexia terre in parochia de Ficulneis, loco vocato Linares sive Canales.

4 idus maii, anno 40 Philippi regis.

n. 189

1100, maig, 30

Pere Ramon i el seu germà Jobert [Ramon], juntament amb llur mare Sicards, donen a Santa Maria de Vilabertran una vinya que tenen al comtat de Peralada, dins els termes de la parròquia de Sant Julià de Rabós, a l'indret anomenat Vinya Ermeged, però es reserven les oliveres. Així mateix confirmen la donació que llur pare [Ramon Jobert]¹ feu a la predita canònica abans d'emprendre un viatge a Jerusalem; es tracta del camp dit Cils, de la Via Romànica. Fan aquesta donació en esmena per l'herència que fou d'Écard i del seu germà Humbert, la qual ells tenen al vinyar dit de Sant Pere de Rodes i als horts anomenats Clots.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 8944, perg. 52.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 50.

₃In Christi nomine. Ego Petrus Raimundi et Gauberto, fratre meo, et matre mea Sicardis nos insimulmente donatores sumus Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi ipsam nostram uineam apud terram in qua est hedificata. Per hanc scripturam donationis donamus nos iam dictos iam dicta terra et uinea ad Sancte Marie prefate, sicut nos hodie abemus et tenemus uel abere debemus. Et aduenit nobis per uocem parentorum nostrorum uel per qualicumque uoces. Est namque predictum alodium in comitatu Petralatensis, infra parrochiam Sancti Iuliani de Rabidoso, in locum que uocant Vinea Ermeged. Et affrontat de oriente in ortis Sancte Marie prelibate, de meridie in terra qui est orto Gauberto Sonier, de circi in orto Bernardo Isuardi, de occiduo in terra de nobis donatores, qui est orto. Quantum infra iam dictas affrontationes includunt, sic donamus Domino Deo et ecclesie Sancte Marie prelibate cum omnibus sibi pertinentibus siue arboribus, fructuosis et infructuosis, exceptas ipsas oliuarias qui ibidem sunt, quas retinemus. Iterum donamus prefate ecclesie Sancte Marie ipsum campum que uocant Ciliis, ad Via Romencha, que pater nostrum dimisit ei quando pergit in Iherusalem. Et affrontat de oriente in terra Sancti Cirici, de meridie in uia iam dicta, de circi in terra Marcucio, de occiduo in predicta uia. Quantum infra istas quator affrontationes includunt, sic donamus nos iam dictos iam dicta omnia, tota ab integre, Domino Deo et Sancte Marie prefate et clericis ibidem Deo seruientibus, sicut superius est scriptum, cum exiis et regresiis earum sine ullo retentu et sine uinculo propter hereditatem qui fuit de Echardo atque Umberto, fratre suo, quem nos

¹ Vegeu el doc. 236.

tenemus et possidemus in uineariorum que uocant Sancto Petro Rodas et ortos que uocant Clotos. Et est manifestum. Ita quod, si nobis donatores aut ullus homo uel femina, femine² uel homines, qui contra hanc scripturam nostre donationis uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed componat in duplo cum omni sua inmelioratione ad prefate ecclesie Sancte Marie uel clericis eiusdem. Et inantea hec scriptura donationis siue emendationis firma permaneat omnique tempore.

Actum est hoc III kalendas iuni, anno LX regni Philippi regis.³

Sig+num Petri Raimundi, sig+num Gaucberto, sig+num Sicardis, mater illorum, qui hanc cartam donationis emendationis fieri iussimus, firmauimus et firmare rogauimus.

Sig+num Raimundi Ademari. Sig+num Macani. Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num Raimundi Palearis.

Petrus, leuita, qui hanc cartam scripsit, subscripsit die et anno quo supra.

² El manuscrit diu *femina*.

³ Com és habitual en ell escriu XL; posant la X després de la L. B transcriu sense pensar-hi gens: XL.

1100, juny, 20

Rigall i el seu fill Pere Rigall venen a l'església de Sant Martí de Sesserres una peça de terra situada al comtat de Besalú, al lloc anomenat la Costa, davant de la predita església, pel preu de vuit diners i dos calzes d'oli en remei de llurs ànimes.

A: Original. Girona, ACG, Pergamins dels segles IX-XII, carp. 3, núm. 127.

a. MARTÍ CASTELLÓ, Ramon. *Col·lecció diplomàtica de la seu de Girona, 817-1100*, doc. 485.

[In nomine Domi]ni. Ego Riguallus et filio tuo Petro Rigualli, nos simul in unum uinditores sumus Domino Deo et Sancto Martino de Serra alode nostrum proprium, qui nobis aduenit per uocem parentorum nostrorum [siue per] qualesque uoces. Et est isto alodio in chomitato Bisillunense, infra parrochia Sancto Martino iam dicto, in loco quem dicunt in ipsa Costa, ante ecclesia deués sol ponent, pecia una de terra. Et affrontat a parte orientis uel meridie et de circii in alaudio Amaltrud femina uel heredes suos uel¹ in terra Sancti Martini, de occiduo in ipsa strada [qui] pergit de Villa Damires ad Kanténos. Quantum infra² istas quator affrontaciones includunt uel resonant, sic uindimus nos tibi iam dicto Sancto Martino alodem nostrum fran[ch]um, totum ab integrum, cum exitibus cunctis uel regressiis earum sine ulla resseruacione et sine engan propter precium denarios VIII^o et kalcios duos de oleo uel pro amore Dei [et] pro redempcione peccatis uestris (*sic*). Et est manifestum. Quem uero hec omnia superius scripta de nostro iuramus in potestate Domino Deo et Sancto Martino tradimus ad proprium alodium ad facie[ndum] quod uoueritis. Quod si nos uinditores aud ullus uiuens homo aud femina, qui contra hanc ista karta uindiccione uenerit ad inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requirit, sed componat ista omnia superius scripta in quadruplum. Et inantea ista karta uindiccione suam habeat firmitatem omnique tempore.

Facta ista karta uindiccione XII kalendas iuli, anno XL^o regnante Philippo rege.

Sig+num Riguallus, sig+num Petro Riguallus, nos simul in unum, qui ista karta uindiccione fieri iussimus, firmauimus et firmare rogauimus.

¹ A continuació hi ha un *de* expuntutat.

² La *erra* està escrita sobre la línia.

Sig+num Guilielmus Archimbaullus. Sig+num Bernardus Archimbaullus. Sig+num
Raimundus Girbert.

Petrus, presbiter, qui ista karta uindicione rogatus fui scripsi die subscripsi et anno
quo supra.

1100, agost, 14

Pere Seguer dona a Santa Maria de Vilabertran un mas petit amb un bosc que té al comtat de Besalú, a la parròquia de Santa Maria de l'Estela, a l'indret anomenat la Costa Solana, amb reserva de violari, durant el qual promet de pagar una mitgera de civada i un parell de capons en senyal de reconeixement. Finalment, disposa d'ésser sebollit al cementiri de la predita església, cosa que també fa la seva esposa Amaltruds després de signar la conformitat de la donació.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9682, perg. 138.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 253.

¶In nomine Domini. Ego Petrus Segarii dono Domino Deo¹ et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium meum, id est, mansiolum unum cum bosco et suis iacentiis, uidelicet, partem quam ibi habeo per uocem parentum meorum uel per comparisonem seu per qualescunque uoces. Est namque iam dictum alodium in comitatu Bisillunensi, in parrochia² Sancte Marie Stelle, scilicet, in loco dicto Costa Solana. Sicut ergo³ concluditur prenomiatum alodium a suis qator afrontatioⁿⁱbus orientis scilicet et occidentis, meridiei et aquilonis, ita dono omnem meam partem prelibate Sancte Marie Ville Bertrandi pro remedio⁴ anime mee. ¶Ita ut teneam eum⁵ per manum clericorum eiusdem Sancte Marie et donem inde recognitionem per unumquemque annum migeram unam de ciuada et parilium unum de caponibus quandiu uixero. Post mortem uero meam sepeliatur corpus meum in cimiterio iam dicte Sancte Marie Ville Bertrandi. Si quis autem hanc scripturam donationis uenerit ad irrupendum, nil ei proficiat, sed iam dicta omnia prelibate Sancte Marie et suis clericis in duplo componat. Et hec carta firma omni tempore consistat.

Que est acta XVIII kalendas septembris, anno XLI regni Philippi regis.

Sig+num Petri Segarii, qui hanc⁶ cartam fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num Arnalli Gilielmi. Sig+num Petri Amalrici. Sig+num Guilielmi Bernardi.

¹ La de i la e escrites sobre una ema anterior.

² La erra escrita sobre la línia.

³ Inicialment, escrit *go*, però amb la *o* expuntuada.

⁴ La de escrita sobre una correcció.

⁵ *eum* escrit després d'una correcció per rasura.

⁶ A continuació, hi ha una efa expuntuada.

Signum Amaltrude, uxoris iam dicti Petri Segarii, que hanc cartam firmo et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio iam dicte Sancte Marie concedo.

Raimundus, subdiachonus, qui hanc cartam donationis scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

1100, setembre, 7

Bertran i els seus germans defineixen a l'església de Santa Maria de Vilabertran un molí situat a la parròquia de Sant Julià de Llers, al lloc anomenat Molí de Bera, al riu la Muga.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 128.

“Lers e Molins”

Diffinitio facta per Bertrandum una cum fratribus suis ecclesiae Sanctae Mariae Villebertrandi de molendino parrochiae Sancti Juliani de Lercio, in loco vocato Molendino de Berano, in flumine Sambuce.

7 idus septembris, anno 41 regni Philippi regis.

n. 1

1100, setembre, 16

Adaleds fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran, després de la mort del seu fill, un alou que té al comtat de Girona, a la parròquia [Sant Andreu] d'Estanyol.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Aladaidis, quo legavit dicte ecclesie, post mortem filii sui, alodium quod habebat in comitatu Gerundense, in parochia de Stagneolo.

16 chalendas octobris, anno 41 Philippi regis.

n. 191

ca. 1100, novembre, 9¹

Ponç Dalmau, que es disposa a anar en peregrinació a Sant Jaume de Galícia, fa testament; en el qual nomena marmessors Jobert Ramon, Ramon Girbert i Esteve Esteve de Soler; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Sant Pere de Rodes, i, entre d'altres béns, llega a Santa Maria de Vilabertran la penyora que té de Ramon Pere a la parròquia de Santa Àgata de Campmany, amb reserva d'un terç per a la seva germana, Guasca, mentre visqui; després de la seva mort ha de passar a Santa Maria de Vilabertran i, si els clergues d'aquesta canònica redimien la penyora en vida de Guasca, li hauran de pagar una lliura de plata; deixa també a la seva germana Guasca un alou que té per herència a Sant Julià dels Torts juntament amb la part que també heretà dels seus germans Jofre i Balduí, però després de la seva mort ha de quedar per a Santa Maria de Vilabertran, a la qual canònica Guasca haurà de pagar una gallina anual de cens. Deixa així mateix a la susdita canònica un alou situat a la parròquia de [Sant Feliu de] Celrà, a l'indret dit Balascuit i un altre de la parròquia de Sant Feliu de Calabuig. Per últim, llega a Santa Maria de Vilabertran dos feltres, una guadenga, un plomaç i mig muig de forment i ordi, i un convit.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9968, perg. 460.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 264.

5In Christi nomine. Ego Poncius Dalmacii cupiens ire uiam Sancti Iacobi facio meum testamentum tali modo: in primis eligo manumissores meos, uidelicet, Gaucbertum Raimundi et Raimundi Girbeti et Stephanum Stephani de Solario. Istis concedo potestatem distribuendi omnes res meas, tam mobiles quam immobiles, qualiter post meam distribuam mortem. Primum namque iubeo corpus meum sepeliri cimiterio Sancti Petri Rodensis. Et dimitto predicto Sancto Petro mansum quem habeo in Laner, in quo habitat Gilielmus Bernardi de Viuer, pro remedio anime mee et fratris mei Baluini cum tribus² partibus quas habeo in alio manso, in quo habitat Laner. Iterum dimitto prefato Sancto Petro parilium I bouum et asinum unum et uexellum unum cum uino et filtros duos et guadingias II^{as} et plumacios duos et medium modii frumenti et mulam meam. Si in his partibus rediero, dimitto Sancte Marie Ville Bertrandi pignus quod teneo de Raimundo Petri in parrochia Sancte Agatés Campi Magni, tali modo ut Guasca, soror mea, habeat in predicto pignore

¹ Atesa la data de l'inici d'actuació de l'escrivà Pere essent levita, proposo l'any aproximat de 1099 o 1110.

² La paraula té al damunt una ratlla d'abreviatura sobrerera.

terciam partem omnibus diebus uite sue. Post mortem uero eius sit³ solide predicte Sancte Marie et, si abitatores⁴ loci predicte Sancte Marie prephatum pignus redimere uoluerint, dedissent predicte⁵ sorori mee libram unam plate, si uiua fuerit. Iterum dimito sorori mee predicte ipsud meum alodium quod habeo in parrochia Sancti Iuliani de Tortis,⁶ sicut aduenit mihi pro mea hereditate et hereditate fratrum meorum Gaucefredi et Balluini,⁷ qui relinquerunt mihi suas hereditates ad proprium alodium diebus uite sue. Post mortem uero eius deueniat predictum alodium, solidum et liberum, in potestate predicte Sancte Marie Ville Bertrandi. Et predicta soror mea, Guasca, donet per unumquemque annum recognicionem gallinam unam prenominate Sancte Marie. Iterum dimito prephate Sancte Marie Ville Bertrandi ipsud alodium meum, quod habeo in parrochia de Celran, in locum uocitatum Balascud et ipsud quod habeo in parrochia Sancti Felicis⁸ Calebodii sine ullo retentu. Et dimito prephate Sancte Marie filtros duos et guadingiam unam et plumacium unum et medium modii inter frumentum et ordeum. Et dimito Sancto Stephano de Cantalupbs (*si*) ipsam uineam quam teneo pro pignore de Bernardo Dalmacii pro decem solidis plate ad opera calicis. Et predicto Sancto Petro Rodensi dimito omne meum alodium quod habeo⁹ in Mudadiis,¹⁰ tali tenore uel ordine ut predicta soror mea Guasca teneat eum omnibus diebus uite sue. Et donet recognicionem predicto Sancto Petro olei, unde ardeat lampadam unam per totam Quadragesimam. Post mortem uero eius remaneat solide predicto Sancto Petro. Tribus nepotibus meis, scilicet, Arnallo et Guilielmo et Bernardo Poncii¹¹ dimito cunctum alodium et feuum quem habeo in parrochia de Cantalubs. Capellano et clericis Sancti Stephani dimito medium mod<i>u<m> inter panem et uinum et conuiuium unum. Et Sancto Petro prenominate alium conuiuium. Et Sancte Marie Ville Bertrandi dimito alium conuiuium. Sancte Marie de Ulmo dimito uacam, quam habeo cum Geraldo Murremena, aliam uaca que est in¹² Ympuriis dimito Sancto Michaeli de Fluuiano. Feuum quem teneo per Poncium Seguini dimito sorori mee Guasce diebus uite sue. Post mortem eius remaneat supra scriptis nepotibus meis equaliter.¹³ Simili modo dimito sorori mee feuum quem teneo de Gilielmo Bernardi Sancti Christofori

³ A continuació hi ha una paraula esborrada.

⁴ La síl·laba *ta* afegida sobre la línia.

⁵ A continuació *scr* expuntuat.

⁶ La essa escrita sobre una correcció d'una lletra acompanyada de signe d'abreviatura esborrada.

⁷ La segona *ela* afegida sobre la línia.

⁸ *Felicis* escrit després d'una paraula esborrada.

⁹ *habeo* escrit sobre la línia.

¹⁰ La *u* està escrita sobre una *a*.

¹¹ *Poncii* escrit sobre la línia.

¹² Després de *in* hi ha una *y* cancel·lada.

¹³ Les lletres *ite* esborrades.

omnibus diebus uite sue. Post mortem eius remaneat nepotibus meis Arnallo et Gilielmo Poncii et fratris sui Bernardi. Scutum meum et lanceam et spatam et alspergum et insellamentum et frenum dimito nepoti meo Arnallo et capam meam et pelles. Aliam meam spatam dimito cognati meo Gaucberto. Pignus quod teneo de Dalmacio Berengario de XL solidis plate¹⁴ dimito Gilielmo Raimundi et fratri suo Gaucberto et Stephano de Solario. Gilielmo Raimundi de Solario dimito mansum de Cardunera et quantum¹⁵ meum ferreum et caligam et quiracam meam nouam necnon et baldredum. Palafredum meum remaneat nepoti meo Arnallo. Hoc quod habeo in pignore de Raimundo Ademarii remaneat ei. Sancte Marie de Panicariis dimito IIII sextarios ordei. Et Sancte Marie Lutonis similiter. Et Sancte Marie de Rodis similiter. Et Sancto Stephano cenobio dimito sestarios VI ordei. Ermesendi, cognate mee, dimito sestarios V ordei. Aliud mobile quod remanserit donent predicti¹⁶ elemosinarii mei ecclesiis et clericis atque pauperibus et ipsis quibus Deus largiri uoluerit pro remedio anime mee. Et hoc testamentum firmitatem habeat.

Acto hoc testamento V idus nouembris.

Sig+num Poncii Dalmacii, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et firmare rogauí.

Sig+num Bernardi Poncii. Sig+num Raimundi Recusendi. Sig+num Mironis¹⁷ Eruigii. Sig+num Petri Vitalis.

Petrus, leuita, qui hoc testamentum cum literis super positis scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

Et hoc mobile supra notatum totum requiratur ab manumissoribus meis in his locis: in uilla Cantalupis tres uexellos uini et tres quartes ordei et porchos VII et pernes III;¹⁸ ad Perelun II modios ordei; ad cenobium Sancti Stephani modium unum ordei; ad Mudadiis sextarios X^{cem} inter frumentum et ordeum; inter uillam de Pedred et Castilionis tres quartes; ad Ympurias nouem quartes frumenti et modios duos inter ordeum et milium et quadraginta VI oues.

¹⁴ de XL solidis plate escrit sobre la línia.

¹⁵ La lletra u escrita sobre la línia.

¹⁶ A continuació una essa expuntuada.

¹⁷ Abans de Mironis hi ha una ena sobrerera i no cancel·lada. I la primera i està escrita sobre la paraula.

¹⁸ et porchos VII et pernes III escrit sobre la línia.

1100, novembre, 11

A precis de Pere Rigall, els bisbes Bernat de Girona, Berenguer de Barcelona i Pere de Carcassona consagren l'església de Santa Maria de Vilabertran, situada al territori de Peralada, edificada per ell. Amb aquest motiu concedeixen a aquesta església els delmes, les primícies i les oblacions de la seva parròquia, i la sotmeten a la seu gironina. Per la seva banda, Pere Rigall és elegit abat de la canònica agustiniana que hi és establerta.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 8388, perg. 41.

B: Còpia del segle XII. Barcelona, BC, reg. 8389, perg. 131.

C: Còpia de 1587. Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 2v-4v, ex A.

D: Còpia del segle XVII in. París, Bnf, département des Manuscrits, Baluze, vol. 234, fol. 15-16v, ex D.

E: Còpia del segle XVII. París, Bnf, département des Manuscrits, Baluze, vol. 7, fol. 178-180v, probablement ex D.

F: Còpia del segle XVII. París, Bnf, département des Manuscrits, Baluze, vol. 108, fol. 209v-211, probablement ex D.

G: Regest: MONSALVATGE I FOSSAS, Francesc. *Notícies històriques*, vol. 14, p. 74-76.

H: Regest: HEFELE, Karl Joseph von. *Histoire des conciles*, vol. 5, p. 471.

I: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 254.

a: MARCA, Pierre de. *Marca hispanica*, ap. 327, col. 1220-1223.

b: SÁENZ DE AGUIRRE, José. *Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae*, vol. 5, p. 1760-1762.

c: FLOREZ, Enrique. *España Sagrada*, vol. 43, ap. 35, p. 446-450.

d: GOLOBARDES VILA, Miguel. *El monasterio de Santa María de Vilabertran*, p. 97-99.

e: ORDEIG i MATA, Ramon. *Les dotalies de les esglésies de Catalunya*, vol. 4, doc. 276.

Anno Dominice Incarnationis C^{mo} post millesimum, era centesima XXX^a VIII^a post millesimam,¹ indictione VIII^a, quadragesimo etiam II^o anno regni Philippi regis Francorum, scilicet, III^o idus nouembris, diuina ut creditur dispositione factus est conuentus episcoporum et abbatum ac clericorum necnon principum terrae et reliquorum fidelium Deum timentium et innumeri uulgi diuerse aetatis et ordinis in territorio Petralatensi, in loco antiquitus nominato Villa Bertrandi, ob dedicationem eiusdem basilicae in honore Dei Genitricis fundate.

¹ Només prenem com a punt de referència per a les variants la millor edició feta fins ara. e *millesima*.

Domnus Bernardus, Sanctae Gerundensis aeclesiae² episcopus, et Berengarius, Sanctae Barchinonensis ecclesiae³ antistes, et Petrus, Sanctae Carchassonensis ecclesiae⁴ presul, omnibus Sancte Matris Ecclesiae filiis cuiuscumque etatis et ordinis hereditatem et gaudium regni caelestis.⁵

Nolumus latere uestram fraternitatem, dilectissimi fratres et filii, qui conuenientes ad dedicationem ecclesiae⁶ Beatissime Dei Genitricis Marie⁷ in loco Ville Bertrandi, interuentu dilectissimi filii nostri Petri Rigualdi, eiusdem loci prelati siue ministri, cuius⁸ cura et labore idem locus auxilio omnipotentis Dei a fundamentis in hunc euasit ualorem in quo cernitur haberi ipsius uenerabilis aeclesiae decorem et statum, ut in melius proficeret qua ualuimus instantia peragimus. Nam et sacris pignoribus uenerabilium sanctorum illam cum diuina gratia muni>imus et decorauimus et per inuocationem nominis Iesu Christi congruis benedictionibus eam ad societatem Caelestis Regis sustulimus quatenus, diligentibus amor et Dei auxilium, et odientibus maneat terror atque iudicium. Hanc quoque constitutionis nostrae dotem predictae aeclesiae promulgauimus et promulgando firmauimus et eam nostra auctoritate, ut inuiolabilis maneat, insignire curauimus statuentes sub diuini iudicii obtestatione et anathematis interdictione, ut nullus audeat hoc ullo modo uiolare quod nostra auctoritas ad stabilimentum huius sancti loci uoluit confirmare.

Concedimus etiam prelibatae ecclesiae pontificali auctoritate decimas et primicias⁹ suae parroechiae, sicut antiquitus eam constat habuisse uel adhuc scripturis uel auctoritatibus uel alicuius ueritatis indicio poterit comprobari et quicquid cum decimis et primiciis¹⁰ adquisiuit uel in futuro adquirere ualebit et oblationes fidelium tam uiuorum quam morientium.

Constituimus etiam baptisteria omnium ad eam confluentium generaliter in eadem aeclesia¹¹ certis temporibus fieri [et sepulturas omnium] fidelium defunctorum et queque in nobilissima aeclesia debent geri in eadem nostra auctoritate procul dubio fiant.

Constituentes etiam decernimus ut clerici in eadem aeclesia manentes canonicè secundum regulam beati Augustini uiuere studeant tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Nichil eorum que eadem aeclesia adquisiuit uel in futuro adquisierit aliquis

² e *ecclesie*.

³ e *ecclesie*.

⁴ e *ecclesie*.

⁵ e *caelestis*.

⁶ e *ecclesie*.

⁷ e *Marie*.

⁸ e *cui*.

⁹ e *primicias*.

¹⁰ e *primitiis*.

¹¹ e *ecclesia*.

clericorum suae proprietati usurpet uel iuri suo applicare studeat tamquam maior uideri appetens, sed comuniter ab omnibus possideatur dispensandum¹² singulis prout cuique opus erit.

Eiusdem ecclesiae¹³ prelati omni tempore de eodem eligatur grege communi consensu totius cleri ibi manentis. Quod si aliquam dissensionem de eadem electione contigerit aboriri,¹⁴ ille ceteris preponatur quem maior et utilior pars eiusdem gregis saniori consilio elegerit.

Prephata quoque uenerabilis aeclesia nulli¹⁵ sit unquam subiecta regum uel comitum uel alicui terrenorum principum nec cuiuslibet ordinis uiro nec ullo umquam tempore alii subiciatur ecclesiae nisi tantum Gerundensi Ecclesiae, in cuius episcopatu habetur, et illi non aliter sit subdita nisi sicut regalia cenobia et nobilissime ecclesiae eiusdem episcopatus ei subduntur, sed semper maneat solida et quieta habens plenam et integram libertatem sui ipsius [et] omnium suarum rerum.

Item namque constituimus ut nemo umquam regum, pontificum uel comitum siue principum nec aliqua cuiuslibet ordinis uel dignitatis persona in eadem aeclesia uel in omni spacio quod in circuitu eiusdem ecclesiae habetur, scilicet, quantum alodium eiusdem aeclesiae ex omnibus partibus tenere uidetur uel adhuc, annuente Deo,¹⁶ extendet¹⁷ castrum uel fortitudinem uel aliquod municipale¹⁸ edificare presumat, sed omnia reuerentia et sanctitate eiusdem Dei Genitricis Mariae custodiantur, defendantur atque protegantur nullique homini ab aliquo uiuentium infra spaci[u]m crucibus determinatum aliqua laesio uel uiolentia ingeratur uel aliquid quod possit esse ad iniuriam uel dedecus eiusdem loci perpetretur, neque aedificeretur aliqua¹⁹ domus uel ulla fiant habitacula a prelibata aeclesia usque ad centum ecclesiasticos passus ex omnibus partibus in circuitu, nisi ille²⁰ que sunt necessariae officinis et abitatoribus eiusdem loci.

In eodem quoque loco uel in omnibus spacio crucibus determinato ab ullo uiuentium placita non caelebrentur,²¹ et mercatus uel fira siue nundine non teneantur neque constituentur, uel aliqua publica coadunatio ibi non fiat nisi uoluntate et iussu prelati eiusdem loci.

¹² e afegeix un *que* al final.

¹³ e *ecclesiae*.

¹⁴ e *aboriri*.

¹⁵ e escriu *nullis* per diplografia.

¹⁶ e *Domino*.

¹⁷ e *extenditur*.

¹⁸ e *municipium*.

¹⁹ e *aliquae*.

²⁰ e *illae*.

²¹ e *celebrentur*.

Prelatus ibi, sicut superius insertum est, secundum Deum constituatur, qui subiectos fratres in omnem ueritatis tramitem inducat et eos²² uerbo et exemplo ad bene uiuendum erudiat, qui predia uel ecclesias²³ et ornamenta eiusdem sanctissimi loci non deustet neque dissipet ad detrimentum eiusdem ecclesiae, sed potius²⁴ ei²⁵ conseruet et iuxta sui possibilitatem meliorando saluet et edificet.

In omnibus autem prediis uel ecclesiasticis fundis eiusdem ecclesiae quae²⁶ hodie habet²⁷ uel in posterum iuste acquirere poterit, ullus umquam regum, comitum uel principum uel aliquis terrenorum dominationem non habeat uel exactionem siue uiolentiam non inferat, nisi tantum prelatus eiusdem sanctissimi loci et clerici ibi beate Dei Genitrici famulantes.

His ita dispositis atque decretis congruum uisum est nobis et abbatibus ac²⁸ clericis necne principibus terrae et reliquis fidelibus Deum timentibus, qui ad consecrationem iam dicte basilice in nomine Domini congregati fuerant, ut congregationi clericorum prelibati²⁹ loci abbas secundum Deum³⁰ preponeretur eo quod et possibilitas loci et oportunitas temporis et unanimitas fratrum id instanter deposceret. Quapropter communi consensu et acclamatione atque electione totius cleri ibi manentis et circumstantis populi fauente multitudine canonica³¹ auctoritate de illorum grege, ut superius sancctum est, eligimus atque intronizamus quendam fratrem in prelibati loci abbatem, domnum scilicet Petrum, bonis moribus preditum, omni bonitate conspicuum et quantum ad humanum intúitum hoc regimine dignissimum, qui in eiusdem loci edificatione et constructione ab ipsis fundamentis indesinenter insudauit et prediorum emolumento, prout melius potuit, ditauit et ecclesiasticis insignibus laudabiliter decorauit atque quod in prim<o> euo iuuentutis florere³² probabiliter incoepit, in uirili aetatis robore probabilis, Deo fauente, compleuit.

Ad finem huius dotis et constitutionis nostrae³³ denuntiamus et omnes qui christiana professione censentur obtestamur diuini obtestatione iudicii insuper auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli omniumque successorum suorum et nostra pontificali potestate

²² e afegeix *in*.

²³ e transcriu *qui predictas ecclesias*.

²⁴ e *potius*.

²⁵ e ha omès *ei*.

²⁶ e *que*.

²⁷ e *habet*. El manuscrit té damunt *habet* una ratlla d'abreviatura sobrerera.

²⁸ e *et*.

²⁹ e *praelibate*.

³⁰ *Deum* afegit sobre la línia.

³¹ e *canonica*.

³² e *flore*.

³³ e *nostrae*.

interdicimus et interdicendo excommunicamus, ymmo insolubilibus anathematis³⁴ uinculis innodamus ut nemo uiuentium audeat emere uel uendere iam dictum sanctissimum locum uel aliter prelatum ibi preponere nisi, sicut superius scriptum est, uel aliquam premissarum³⁵ constitutionem scienter frangere. Nam —quod absit— si quis fecerit, si amonitus³⁶ tercio, non resipuerit, tandiu sit, a liminibus omnium ecclesiarum Dei sequestratus et consorcio totius christianitatis eiectus donec ad dignam satisfactionem ueniens canonicè restituat quod male constiterit eum fecisse.

Si quis harum constitutionum obseruator uel adiutor extiterit benedictionibus Dei omnipotentis repleatur et gratiam eiusdem gloriosissima³⁷ Dei Genitricis Marie consequatur.

Si quis uero infractor uel uiolator scienter fuerit sacrilegii et inuasionis compositionem, emendare non differat et insuper anathemati donec resipiscat, subiaceat et postmodum haec generalis constitutio dotis uel nostre decreti pontificalis plenum obtineat robur et aeternum consequatur uigorem omne per eum.

+ Bernardus, gratia Dei, Gerundensis episcopus, qui hanc presentem³⁸ dotem firmavit, salua canonica³⁹ reuerencia Sancte Gerundensis Ecclesie.^{40*} + Berengarius, Barchinonensis episcopus.* Benedictus, abba +.* + Petrus, Karcasonensis episcopus.* + Petrus, ecclesie Sancti Martini prelatus agens uicem⁴¹ archileuite.^{42*43} + Petrus, leuita.* + Arnallus, clericus.* + Arnallus, leuita.* Raimundus, coraula secundus +.* + Berengarius, clericus.* + Arnallus, leuita.* Raimundus, Barchinonensis Ecclesie seruus.* Arnallus scriptis, fauet archipresbiter istis +.* Raimundus Mironi, sacrista +.* Petrus Wilelmi +.* + Bernardus, presbiter Ecclesie Karkasensis +.* SSS. Remundus Gilielmi, sacrista.* + Petrus Guilielmi.* Hic crucis imposuit sig+num leuita Iohannes.*⁴⁴ Raimundus, Sancti Felicis abbas et Gerundensis archileuita, laudans confirmo.* + Ego Radulfus, seruus seruorum Dei, episcopus et Ecclesie Romanae clericus, confirmo et laudo uice Beati Petri et domini

³⁴ e *annathematis*.

³⁵ e *praemissarum*.

³⁶ e *a monitus*.

³⁷ e *gloriosissimae*.

³⁸ e *praesentem*.

³⁹ e *canonica*.

⁴⁰ e *ecclesiae*.

⁴¹ e *nice*.

⁴² e *archileuita*.

⁴³ Es tracta de Pere Bernat, de Salt, prelat de Sant Martí Sacosta i ardiaca (fl. 1091-1118).

⁴⁴ Tot i que no marco l'absència de les paraules que porten accent tònic, ni les diferències de puntuació, en aquest cas és obligat d'assenyalar que *Hic crucis imposuit* forma part de la signatura del leuita Joan i no de Pere Guillem.

papae +.* Ego B[oso], Sanctae Anastasiae cardinalis⁴⁵ Sanctaeque Romanae⁴⁶ Ecclesiae, licet indignus seruus et legatus, consignando confirmo SS.* Ricardus, Sanctae Narbonensis Ecclesiae archiepiscopus, quod canonice factum est firmo +.* Berengarius, Dei gratia, Girundensis⁴⁷ Ecclesie episcopus.^{48*}

Berengarius, presbiter, qui hanc institutionis dotem scripsit et subscripsit die et anno quo supra.

⁴⁵ e transcriu *Anastasiae cardinalis*.

⁴⁶ e *Romane*.

⁴⁷ e *Gerundensis*.

⁴⁸ e afegeix SSS. Cal tenir present que després d'*episcopus* només hi ha els tres punts disposats triangularment per indicar sols el final de la firma.

1100, desembre, 2

Bernat, comte de Besalú, dona als germans Berenguer i Rotllan, l'honor de Soler, si llur germà Ramon Guillem no tornava; però si tornava, l'havia de tenir ell, amb excepció dels alous que Guillem Odó i Bernat Guillem havien llegat als sants i a llurs germans i germanes, però llur germà Guillem havia d'ésser batlle, senyor i governador del predit honor i estar per damunt d'ells dos de per vida, i Pere Bernat havia de ser batlle del dit honor sota la seva autoritat durant set anys; després d'aquest termini els esmentats germans Berenguer i Rotllan podien recuperar l'honor pagant al seu germà Guillem, a Santa Maria i a Pere Bernat set lliures de plata, o bé dos o tres muls valorats en deu lliures de plata, amb reserva de substitució per a Arsèn, esposa de l'esmentat Pere Bernat.

A: Original. Carta partida per ABC. Barcelona, BC, reg. 5506, perg. 49.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 294.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 255.

2Hec est scriptura donationis quam facio ego Bernardus, gratia Dei Bisuldunensium comes. Dono namque uobis Berengario et Rodlando, fratribus, ipsum honorem de Solario ut habetatis eum equaliter per medium, si frater uester Raimundus Gilielmi non fuerit reuersus. Si uero reuersus fuerit, habeat ipse iam dictum honorem ab integro, exceptis alodiis que Gilielmus Otonis et Bernardus Gilielmi dimiserunt sanctis Dei et fratribus et sororibus uestris, ita ut Gilielmus, frater uester, sit baiulus et dominus et gubernator ipsius honoris maiorque super uos omnibus diebus uite sue. Et Petrus Bernardi sit baiolus sub eo iam¹ dicti honoris ad terminum VII annorum. Hoc termino finito recuperetis predictum honorem ita quod reddatis iam dicto Gilielmo fratri uestro et Sancte Marie² et Petro Bernardi VII libras plate uel duos aut tres mulos qui ualeant X libras plate sine engan. Quod si prenomina fratres mortui fuerint, remaneat iam dictus honor Arsendi uxori prefata Petri Bernardi.

Actum est hoc IIII nonas decembris, anno XLI regni Philippi regis.

+ Bernardus, gratia Dei, comes, qui hoc firmo et autorizo.*

¹ La a corregida sobre una pe anterior.

² et Sancte Marie escrit sobre la línia.

Sig+num Petri Raimundi de Maia. Sig+num Raimundi Bernardi. Sig+num Berengari Petri. Sig+num Arnalli Ademari. Sig+num Petri Ademari. Raimundus, sacer +.*

Guilielmus, qui hoc scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

ca. 1100

Guillem Seguer i la seva esposa Senessaura donen a Santa Maria de Vilabertran un mas on viu Guillem, situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Sant Llorenç d'Oix, a l'indret dit Plana, en sufragi del seu germà, Pere de Montagut, que ha estat sebollit al cementiri de la predita canònica.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5551, perg. 49.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 259.

₂In nomine Domini. Ego Gilielmus Segarii cum uxore mea que uocatur Senessaura dono Deo et ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi manssum unum in Uuxo, in loco qui uocatur Plana, ubi habitat Gilielmus cum hominibus et feminis qui de mansso sunt uel in mansso habitant et cum omnibus suis pertinentiis et tenedonibus,¹ ita ut baiolus meus nec mihi nec sibi ibi aliquid querat pro remedio fratris mei Petri Montis Accuti, qui ibi sepulture traditus est et pro sua heriditate. Tali modo dono² prephatum manssum prephate ecclesie hac trado ut habeat eum et possideat in perpetuum sine blandimento alicuius hominis. Est autem prephatus manssus in comitatu Bissildunensis, in parrochia Sancti Laurencii de Uuxo, in loco qui³ uocatur Plana. Sicut habetur et continetur, sic trado⁴ ac delibero in potestate Sancte Marie. Si quis contra hanc chartam donationis ad irrumpendum uenerit, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed componat in duplo cum sua melioratione. Et hec karta maneat firma omni tempore.

Sig+num Gilielmi Segarii, qui hanc chartam fieri iussit, firmauit firmarique rogauit.

Sig+num Senessaure, uxoris eius. Sig+num Bernardi de Bestraechane. Sig+num Arnalli de Chexanis. Sig+num Zerreduni (?).⁵ Sig+num Berengarii Albanelli. Sig+num Guillelmi Segarii, pueri.

Raimundus, presbiter, qui hanc kartam scripsit, subscripsit die et anno quo supra.

¹ *et tenedonibus* afegit sobre la línia.

² La primera o escrita sobre la línia.

³ *qui* escrit sobre la línia.

⁴ La o és una correcció d'una a anterior.

⁵ B omet aquesta signatura.

1101, març, 13

Guillem Guifrè dona i ven a Santa Maria de Vilabertran la meitat del mas anomenat de Prat, on habita Pere Bernat, situat al comtat de Besalú, a la parròquia de Santa Maria de Darnius, pel preu d'una mula, que havia comprat a l'abat i clergues de la susdita canònica per la susdita meitat del mas i per un cavall seu de color negre. Ramon Guillem i Jofre Guillem, sens dubte els fills de l'atorgant, lloen la transacció.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 10041, perg. 171.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 265.

³In nomine Domini. Ego Guilielmus Guifredi donator et uenditor sum Deo et ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi alodium meum, quod habeo in comitatu Bisillunesi, in parrochia scilicet Sancte¹ Marie de Darnicis. Est autem prenominatum alodium medietas unius mansi quem uocant de Prato, ubi habitat Petrus Bernardi. Quod alodium iam dictum uendo et dono Sancte Marie prescripte per precium mule sue quam emi de abbate et de clericis eiusdem ecclesie, unde dedi eis caballum meum nigrum et medietatem supra scripti mansi, quem dono et uendo et delibero ei cum omnibus suis afrontationibus, exitibus et regressibus que ad ipsum mansum pertinent. Sicut nunc habet et habere debet, sic dono et trado in potestate² Dei et Sancte Marie iam dicte ut ábinde teneat eum sine ullo retentu. Si quis autem hanc scripturam uenerit ad dirupendum, non ualeat uendicare quod requisierit, sed in duplo componat omnia superius scripta.

Acta est hec scriptura uenditionis et donationis III idus marci, anno XLI regnante Philippo rege.

Sig+num Guilielmi Guifredi, qui hanc scripturam uenditionis et donationis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num Raimundi Guilielmi, sig+num Gaucifredi Guilielmi, qui hanc scripturam uenditionis laudamus et manu firmamus.

¹ Hi ha una segona ratlla indicadora d'abreviatura expuntuada.

² L'escriva inicialment va escriure *potestatem* amb signe d'abreviatura de nasal, però aquest signe va ser expuntuat.

Sig+num Guilielmi Sendredi. Sig+num Umberti. Sig+num Dalmacii Seguini.
Sig+num Arnalli Fulconis. Sig+num Petri Iohanis.³

Raimundus, subdiachonus, qui hanc scripturam donationis uel uenditionis rogatus
scripsi subss. die et anno quo supra.

³ Els tres últims *signums* semblen afegits en un segon moment.

1101, juliol, 2

Pere Sonifred dona a Santa Maria de Vilabertran una quarterada de vinya anomenada Tedzira, situada a la parròquia de Sant Pere de Montagut, a canvi de rebre la confirmació de l'abat i dels altres clergues del llegat que el seu germà Ramon li havia fet del camp de l'Oliva; s'hi reserva, a més, la tinença de son vivent a canvi del cens anual d'un pernil.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9757, perg. 441.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 273.

5In nomine Domini. Ego Petrus Seniofredi¹ dono Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi alodium meum proprium, scilicet, quarteradam uinee unam, quam habeo in parrochia Sancti Petri de Monte Acuto, ipsam scilicet que appellatur Tedzira. Que aduenit mihi a parte parentum meorum uel per qualescumque uoces. Quam uero sicut² ego habeo ueluti habere debeo, dono et delibero Domino Deo et prelibate Sancte Marie Ville Bertrandi. Et a meo iure taliter in suo trado dominio ut in uita mea secure teneam et possideam. Post mortem namque meam deueniat prelibata uinea in potestate et dominio predictae Sancte Marie et clericorum Deo ibi famulancium sine ullo retentu. Unde assenciunt mihi abbas et clerici prefati loci ipsum campum de Oliua diebus uite mee quem Raimundus, frater meus, ibi dimisit³ pro remedio anime sue, et ut donem recognitionem pernam unam per unumquemque annum prelibate Sancte Marie. Que omnia, sicut superius scriptum est dono et delibero Domino Deo et prelibate Sancte Marie et suis clericis⁴ sine ullo retentu. Et hec omnia firma omni tempori maneat. Si quis autem contra hanc scripturam donacionis irrumpere temptauerit, nil ei proficiat, sed in duplo prelibate Sancte Marie componat cum sua melioratione.

Facta est autem VI nonas iuli, anno XL^o II^o regni Philipi regis.

Sig+num Petri Seniofredi, qui hanc cartam donacionis fieri iussi, firmaui et firmare rogauí.

¹ Darrera del cognom *Seniofredi* hi ha una de i una ena, escrites per error. L'escrivà anava a escriure *dno*, però advertit l'error va esborrar la ena sense cancel·lar la de.

² *sicut* escrit sobre la paraula *ueluti* esborrada.

³ A continuació, hi ha l'abreviatura per a *pro* i una erra *r* esborrades, seguides d'un forat natural en el pergami.

⁴ *et suis clericis* escrit sobre una paraula esborrada acabada en *-rum*.

Sig+num Bernardi Arnalli. Sig+num Bernardi de Rochabertini. Sig+num Petri
Guilielmi.

Petrus, leuita, qui hanc cartam donacionis cum literis rasis scripsi, subscripsi die et
anno quo supra.

1101, setembre, 19

Ermengards fa testament, en el qual llega a Santa Maria de Vilabertran dos masos, un situat a Canals i l'altre a Fortià.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 45-45v.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Ermiardis, quo legat dicte ecclesie duos mansos: unum in Cacualls et alterum in Fortuniano.

13 chalendas octobris, anno 42 Philippi regis.

n. 131

1101, desembre, 15

Berenguer Ademar fa testament, en el qual nomena marmessors Guillem Bernat de Rupidell, Arnall Gerall de Terrades i Ademar Francó, el seu pare; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega tot l'alou que té per herència del seu pare, un mas que comprà a Rotball Oliba i que Santa Maria haurà de redimir per una lliura de plata o un palafre d'aquest valor, i dues lliures de plata que li deu el bisbe de Girona així com una mula amb sella i sots-selles.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9056, perg. 197.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 266.

a: MALLORQUÍ, Elvis, *El Monestir de Sant Miquel de Cruïlles*, doc. 19.

In nomine Domini. Ego Berengarius Ademari iacens in lectulo meo, graui [detentus aegritudine] et timeo ne casu mortis subito ueniat super me. Et ideo conuoco [am]icos meos, id sunt, Guilelmus Bernardi Rupidelli atque Arnallus Geraldi de Terrades et Ademarus Franchi, pater meus, ut, si mors mihi aduenerit antequam aliud testamentum faciam, hi habeant potestatem distribuere omne meum [auere], mobile et immobile, in sanctis Dei aecclesiis, in sacerdotibus et pauperibus. [In] primis dimitto ad domum Sanctae Marie Villae Bertrandi, ubi corpus meum debito, dimitto omne meum alodium quod aduenit mihi ex genitore meo et mansum quem comparauit de Rudballo Olibae [et] de suis eredibus. Et redimat istum predictum mansum Sancta Maria unam libram plate aut palafredum ualentem. Et duas libras plate, quas mihi debet episcopus Sanctae Mariae Ierundensis sedis. Et similiter dimitto Sancte Marie supra¹ dicte mula mea cum sella et sutsellis omnibus que sunt ibi. Et ad domnum episcopum nostrum dimitto unam libram plate, quam ipse dedit mihi, propter quod soluat animam meam cum tumulu. Et ad Sanctum Sepulcrum Gerundae dimitto X solidos plate ad sua opera et tredecim solidos platae, quos² remansit, dimitto ad Sanctam Ceciliam et Sanctam Mariam. Et ex istis solidis, quos supra dixi, debet mihi Bertrandus³ XXIII. Et est Guilelmus Bernardi Rupidelli fida ex istis iam dictis solidis platae. Et dimitto ad cenobium Sancti Michaelis Crudiliis meum

¹ A continuació *rie* expuntuat.

² *quos* corregit d'un *quod* anterior.

³ Després de la be inicial hi ha una erra esborrada.

palafredum cum suo esellemento⁴ et v solidos plate, tali racione ut elemosinarii donent predictos solidos Sancto Michaeli et Sanctus Michaelis cum suis monachis donent medico. Et ad capellanum Sancti Saturnini cum suis clericis dimitto solidos plate III. Et dimitto ad fratrem meum, Guilelmum Ademari, omnes meos feuos quos teneo ex omnibus senioribus meis.

Actum est hoc testamentum XVIII kalendas ianuarii, anno XLII regni Filipi regis.

Sig+num Berengarii Ademari, qui hoc testamentum fieri iussit et testes⁵ firmare rogavit.

Sig+num Panisuini. Sig+num Guilelmi Ullumari. Sig+num Raimundi, leuite.

Gaubertus,⁶ qui hoc testamentum rogatus scripsit cum litteris emendatis die et anno quo supra.

⁴ *esselle* escrit sobre correcció.

⁵ L'escrivà escriu per diplografia *testestes*.

⁶ B transcriu *Carbonus*.

1102, gener, 12

Ponç Dagobert i la seva muller Adaleds donen a Santa Maria de Vilabertran el mas on habiten amb el seu clos, situat al comtat de Besalú, als termes de la parròquia de [Sant Martí] de Vilarig, al lloc anomenat Serra.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9563, perg. 181.¹

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.²

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 267.

₂In nomine Domini. Ego Poncius Daguberti et uxor mea Ade[...] [donatores sumus] [Virgi]ni Marie qui ueneratur in ecclesia Ville Bertrandi [...] [alodium] nostrum, quod abemus in comitatu Bisullunensi, in locum qui³ uocant Serra, in eodem uidelicet loco [...] partem nostram mansi ubi nos abitamus similiter cum ipso clauso que est subtus [...] prenominata omnia per melioracionem genitricis mee et porcionem [...] mihi iam dicto Poncio adueniunt de parentibus meis. Hec predicta omnia donamus [...] et donacionem prelibate Sancte Marie et clericorum eiusdem ecclesie [...] sibi pertinentibus et eorum exitibus et regressibus uniuersis, uidelicet, [...]orum. Et si quis hanc scripturam donacionis nostre ad irrumpendum uenerit, nicil ei proficiat, sed ut sacrilegus componat ad prelibatam ecclesiam Sancte Marie et nisi resipuerit excomunicacioni subiaceat [...] hec scriptura omni tempore maneat firma.

Facta autem hec scriptura d[onacionis] [pridie] idus ianuarii, anno XLII regni Philippi regis.

Sig+num [Poncii, sig+]num Adalaidis qui hanc scripturam donacionis [...].

Sig+num Guilielmi Dag[...]. Sig+num Arnall Cerdani.

Raimundus, leuita, qui hanc scripturam donacionis [...].

¹ Al verso: "Donació de la tercera part de un mas de Vilarix, *vide* Agullana, fol. 48, núm. 195".

² B transcriu: *Donatio facta per Pontium Daguberti et uxorem suam Adalaidim dicte ecclesie de alodio in comitatu Bisuldunensi, in parochia Sancti Martini Ville Erigii, in loco quo vocatur Serra. Pridie idus ianuarii, anno 42 Philippi regis. n. 195.*

³ La i escrita sobre una e anterior.

1102, març, 6

Gerall Llobató, en voler anar en expedició a Jerusalem, fa testament, en el qual nomena marmessors Arnall Udalguer, el germà d'aquest, Ramon, Arnall Pere i l'abat Pere Rigall de Vilabertran; i llega a Santa Maria de Vilabertran tot l'alou que té arreu, per la seva ànima i la dels seus pares; deixa al seu germà Guillem el mas on viu, la part que té a la Coromina de Rotball i la que té al Camp d'Estaper, però ho ha de tenir pels clergues de Vilabertran i, a la seva mort, passar tot a aquesta canònica; semblant condició imposa al seu cosí Arnall Pere, a qui llega la seva part en la feixa de Nitran i en la vinya de la Coma Infernal. Especifica que l'alou que deixa a Vilabertran del mas de Berenguer Ecard s'estén dins els termes de la parròquia de Sant Joan de Vilatenim i de Sant Pere de Figueres. De tots els béns mobles que queden després d'algunes deixes particulars, vol que se'n facin tres parts, una de les quals ha de ser per a Santa Maria de Vilabertran. Finalment, totes les penyores que té a Figueres per Bonfill Sesmon, llevat d'alguna d'indicada, les destina a la mateixa canònica.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9758, perg. 436.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Esriptures*, doc. 272.

4In nomine Domini. Ego Gerallus Lubatoni uolens ire in expeditionem Iherosolimitanam facio meum testamentum, per quod instituo meos esse manumissores Arnallum Udalgarii et Raimundum, fratrem eius, et Arnallum Petri atque domnum Petrum, abbatem Ville Bertrandi, qui sint distributores eorum que hic inscribi cognouerint. In primis dimitto Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi omne alodium, quod habeo¹ per qualescumque uoces cum omnibus sibi pertinentibus et affrontationibus uniuersis in omnibus locis pro remedio anime mee et parentum meorum. Et frater meus Gilielmus Lubatoni teneat mansum, in quo abito, uiuolarium per manus clericorum predictae Sancte Marie et partem quam habeo in condamina de Rodbalo et partem quam habeo in Campo de Esteper. Post mortem uero suam deueniat libere et solide in potestatem predictae Sancte Marie sine ullo retentu. Sorori mee Andrie dimitto meam partem de alodio quod habeo² in Exponeliano diebus uite sue. Post mortem³ eius remaneat prescriptum alodium Sancte Marie Lutonis sine ullo retentu. Consubrino meo Arnallo Petri dimitto meam partem de

¹ La hac afegida sobre la línia.

² La hac afegida sobre la línia.

³ mortem afegit sobre la línia.

ipsa fexa de Nitran et partem uinee de Coma Infernale. Post mortem eius reuertatur in potestatem iam dicte Sancte Marie Ville Bertrandi. Et pignus quod teneo de Gilielmo Segarii per quator sestarios frumenti medietatem, scilicet, campi de Petrono et duas fexas terre quas teneo de Bonifilio Sesmundi, per tres solidos plate, dimitto⁴ iam dicto Arnallo Petri. Et Arnallo Udalgarii et Raimundo, fratri suo, dimito ipsum meum cellarium, quod habeo⁵ iuxta suum ad ecclesiam Sancti Petri cum suo ipso clauso quod teneo de Raimundo Gilielmi per duodecim solidos denariorum. Ad mansum Berengarii Ecardi meum illud alodium quod predicte Sancte Marie Ville Bertrandi dimito; terminatur et abetur infra parrochiam Sancti Iohannes Ville Tinimi et Sancti Petri de Ficulneis. Sancto Petro Rodensi dimitto meam partem ipsius uinee quam Stephanus Santa plantauit, quam pro pignore unius modii frumenti teneo a predicto Sancto Petro, cum ipsa uinea quam de eo teneo per feuum. Et dimitto Arnallo Udalgarii et Raimundo, fratri suo, ipsum feuum quem pro eis teneo ad eorum uoluntatem. Et Arnallo Petri prescripto dimitto ipsas uineas et terras quas teneo in Villa Sacer per Petrum Gaucefredi et per Bernardum, fratrem eius, et per Ermengardem. Omnes alios meos feuuos dimitto fratri meo Gilielmo. Et predicto Sancto Petro Rodensi dimitto uexellum meum et tinam quam habeo in Villa Sacra. Omne aliud meum mobile faciant manumissores mei III^{es} partes, quarum una detur prescripte Sancte Marie Ville Bertrandi, alias duas donent Sancto Petro Rodensi unam, aliam inter Sanctum Petrum de Ficulneus et clericos eius, excepto illo espleto quod exierit de feuuo quem teneo per Raimundum Udalgarii et Arnallum, fratrem eius, quod eis dimitto. Omnia pignora mea que habeo in Ficulneis per Bonifilium Sesmundi,⁶ exceptis supertextatis, dimitto prelibate Sancte Marie Ville Bertrandi. Et hoc testamentum firmitatem abeat.

Facto hoc testamentum II^e nonas marchii,⁷ anno XL^o II^o regni Philipi regis.

Sig+num Geralli Lubationi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et firmare rogauit.

Sig+num Petri Pelie. Sig+num Petri Iohannis. Sig+num Petri Muti. Sig+num Petri Poncii.

Scriptis hoc et posuit sig+num Petrus leuita cum literis superpositis.

⁴ Després de *dimitto* hi ha l'inici d'una a inacabada i no esmenada.

⁵ La hac afegida sobre la línia.

⁶ *Bonifilium Sesmundi* afegit sobre la línia.

⁷ La hac afegida sobre la línia.

1102, març, 11

Guillem Guifrà, que vol marxar a Jerusalem, fa testament, en el qual nomena marmessors, entre d'altres d'il·legibles, Guillem Bernat i Guillem Sendred; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església llega uns béns imprecisos. Finalment, encarrega també al seu fill Ramon de fer cremar una llàntia a Santa Maria de Vilabertran durant la Quaresma i de donar un convit als seus clergues una vegada l'any en remei de la seva ànima.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9904, perg. 442.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 269.

[...] Guilielmus Guifredi [...] ordinatione ad [...] Domini [...] facio meum testamentum [...] nos esse manumissores [...] Seguini [...] Gilielm Bernardi et Gilielm Sendredi, qui nos [...] facultatem, sicut in [...] Domini corpus meum et omni illo [...] et dimitto Sancte Marie Ville Bertrandi [...]olis pro dono quod dederam et [...] habeo in [...]o Sancto Ihonnis [...] quem [...] ipsum [...], sicut scripta [...] Petro, filio meo, cum ipsis [...] dimitto ipsum meum mansum, quem habeo in Ficulneis, quod tenent Alburgis et filii eius, cum suis pertinentiis et ipsum mansum de Podio Muscardel, ubi abitat Gerallus Guitardi, cum omnibus sibi pertinentibus pro sua hereditate. Adaladi, filie mee, dimitto mansum de Petraficta, quem habeo in parrochia Sancti Laurencii de sa Muga, cum ipsis uineis et campo quas iam sibi dedi et duabus oliuarias, que sunt in orto quem Gilielmus Ponci tenet ad ipsam Clausam pro sua hereditate. Et ad Aurisetam, filiam meam, dimitto mansum quem habeo in parrochia Sancti Christofori de Beieg, ad ipsa [...], ubi [...]or habitat, cum omnibus suis pertinenciis pro sua hereditate. Iterum dimitto predictae Aurisete, filie mee, caballum meum, quem hic dimitto et medietatem eque minoris quam habeo cum Arnallo Fulconis et asinam meam et XXX inter oues et capras et uacam illam que est in Lauegol. Raimundo Gilielmi, filio meo, dimitto ipsum meum mansum, in quo abito, cum ipso campo in quo sedet de area et cum ipsis duobus ferragenaliis et cum ipsis oliuariis que in eis sunt et cum ipso campo de Stagno pro sua melioracione. Omnia alia mea alodia dimitto filiis meis Raimundo et Gaufredo equaliter. Si quis eorum fuerit¹ mortuus sine infante de legitimo coniugio, remaneat hereditatis eius ad alios qui uixerint. Et dimitto filio meo Gaufredo ipsum feuum de Molinis, quem teneo per Gilielmum Bernardi, et abeat per manum

¹ fuerit escrit sobre la línia.

Reimundi, fratris sui, et fiat suus homo et seruiat ei. Pignus quod teneo de Gilielmo Bernardi, nepotis mei, et pignus quod teneo de Dalmacio Berengarii dimitto filio meo Gaufredo prescripto. Omnes alios meos feuuos, baiolias, tenuiciones et pignora dimitto filio meo Raimundo sine ullo retentu. Et ardeat lampadam unam in ecclesia Sancte Marie Ville Bertrandi in Quadragesima et donet receptum clericis predictae Sancte Marie semel in anno pro remedio anime mee. Et si omnes filii mei mortui fuerint masculi absque infantibus de legitimo coniugio [...] filiabus meis omnem honorem meum. Et filios meos et filias et honorem meum dimitto in potestatem et defensionem Dei et Sancti Sepulcri et beate Marie et beati Iacobi et beati Petri et in baiolia senioris mei, Bertrandi, et omnium seniorum meorum et omnium meorum parentum, qui bene facere uoluerint. Dimitto [...] Gilielmo Sendredi meam ministralia [...] sit cure omnium rerum mearum et seruiat senioribus meis et filiis quibus necese fuerint eis. Et hoc testamentum firmitatem habeat.

Facto hoc testamento v idus marcii,² anno X° LII° regni Philipi regis.

Sig+num Gilielmi Guifredi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et firmare rogau.

Sig+num Berengarii Bernardi. Sig+num Gilielmi Seniofredi. Sig+num Alberti, fratris sui. Sig+num Bernardi Guifredi. Sig+num Petri Sesmundi. Sig+num Bernardi Uldrici. Sig+num Petri Poncii. Sig+num Gilielmi Guitard.

Scrispit hoc et possuit sig+num Petrus, leuita.

² A continuació, hi ha escrit *Anno L* sense cancel·lar.

1102, març, 17

Jofre Bernat defineix a Santa Maria de Vilabertran un alou que havia estat de Berenguer Jofre, consistent en dos masos, un situat a Vilarig, amb la borda de Closella, tal com consta en el document que li féu el predit Berenguer Jofre, i l'altre a Campmany, on habita Renall, juntament amb el mas habitat per Esteve Miró, el qual l'atorgant té a violari i ha empenyorat a Jobert Ramon; aquest mas els clergues de Vilabertran l'hauran de redimir abans que esdevingui de la seva total propietat, tal com consta en l'escrit que els féu. L'atorgant rep per la definició una mula.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9013, perg. 59.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 270.

ꝞIn nomine Domini. Ego Gaucefredus Bernardi definitor et deliberator atque euacuator sum Deo et ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi alodium illud quod fuit de Berengario Gaucefredi, scilicet, mansos duos, unum in Villa Ericii simul cum ipsa borda de Clausela,¹ sicut est scriptum in scripto quod ei fecit iam dictus Berengarius Gaucefredi, et alium in Campo Magno, in quo abitat Reinallus, simul cum ipso, in quo abitaui Stephanus Mironis, quem ego teneo per uiuolarium et tenet eum in pignore Gaucebertus Raimundi, quem redimant clerici Sancte Marie iam dicte per suum alodium, sicuti resonat in scripto quod ei feci. Quos predictos mansos cum illorum pertinentiis et afrontacionibus uniuersis trado, euachuo et definio atque delibero Deo et aecclesie Sancte Marie predicte et abati et clericis ad proprium alodium sine ullo retentu et aliquo enganno, unde accipio a uobis mulam unam. Si quis uero hanc scripturam uoluerit irrumpere, non hoc ualens uendicare quod requisierit sciat se aeternis supliciis peremturum et compositionem sue temeritatis secundum quod leges habent non euasurum.

Acta est autem hec XVI kalendas aprelii, anno XLII² regni Filippi regis.

Sig+num Gaucefredi Bernardi, qui hanc scripturam euacuationis et definicionis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

¹ L'escrivà primer va escriure *Clo*, tot seguit va esborrar la *o* i va completar la paraula amb *ausela*.

² El document diu *LXII* per error.

Sig+num Guielmi Bernardi. Sig+num Dalmacii Seguini. Sig+num Guielmi Sendredi. Sig+num Arnalli Guielmi. Sig+num Ioannis. Sig+num Petri Dalmatii. Sig+num Arnalli Geralli.

Guilmus, clericus, qui hanc scripturam euacuationis et definitionis rogatus scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

1102, març, 19

Guillem Arnall fa un nou testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran el seu estatge, que té a Sagaró, al lloc que s'anomena Farigola, això és, unes cases amb terres i vinyes.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.

In sacco inscriptio "Donations"

Primer

Testamentum Guilelmi Arnaldi, quo legavit dicte ecclesie staldum suum de Sagarone, in loco qui vocatur Fericola, scilicet, domos cum terris et vineis.

14 chalendas aprilis, anno 42 Philippi regis.

n. 197

1102, abril, 26

Guillem Ramon, que es proposa d'anar a Espanya, fa testament; en el qual nomena marmessors el seu germà Bernat Ramon, Ramon Adalbert i l'abat Pere Rigall de Santa Maria de Vilabertran, al cementiri de la qual església disposa d'ésser sebollit i a la qual llega la part que té al Camp Dendelapart, trenta sous de plata que li deu Guillem Seguer, pels quals té empenyorat un mas de Vilajoan, que tenen Ramon Maçot i Arnall, i que ha de quedar en poder de la susdita canònica fins que no recuperi els esmentats sous, i també setze sous de plata que li deu el seu germà, l'esmentat Bernat Ramon, i pels quals té empenyorat així mateix un mas a Garrigàs; per últim, li deixa la tercera part dels seus bous, ases, ovelles, porcs, pa i vi, la vexella de celler i robes diverses.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9026, perg. 48.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 271.

²Quia nullus in carne positus mortem euadere potest idcirco, in Dei nomine ego Guilmus Raimundi uolens pergere in Ispaniam eligo manumissores Bernardum Raimundi, fratrem meum, et Raimundum Adalberti et Sancte Marie abbatem ut ipsi habeant potestatem distribuendi omnia mea, mobilia et immobilia, sicut hic inuenerint scriptum. In primis dimitto corpus meum Deo et ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi cum ipsa porcione mea de Camp Dendelapart et XXX solidos plate, quos mihi debet Guilmus Segarii, unde teneo in pignore unum mansum in Villa Iohannis, quem tenent Raimundus Macoti et Arnallus, quem teneat Sancta Maria iam dicta quo usque habeat predictos XXX solidos plate, et sedecim solidos plate, unde teneo in pignore unum mansum in Gariganis, quos mihi debet Bernardus Raimundi. Dimitto etiam ei terciam partem meorum bouum et asinorum et ouium et porchorum et panis et uini necnon et uasorum et draporum. Dimitto namque Sancto Martino unam libram plate ad sua opera, unde teneo in pignore per Berengarium Petri¹ ipsas uineas de Brachone. Et terciam partem mobilis mei et omne meum alodium et comparationes et pignora quod habeo in Pontonis dimitto fratribus meis Bernardo et Arnallo. Girallo Guacefredi (*sic*) dimitto ipsam uineam de Candel. Dimitto uero Sancto Michaeli Fluuiani ipsam meam heriditatem de alodio Funoleti et comparationes quas ibi feci. Et illa tercia pars mobilis mei que remanet diuidatur per

¹ La te afegida sobre la línia.

sanctos Dei et clericos ad Sanctam Mariam Ermedans et ad Sanctum Michaellem de Gariganis. Et ad Berengarium, fratrem meum, dimitto feuum meum de Villa Dalmale et ipsum de Arens. Et Bernardo, fratri meo, dimitto feuum meum de Calabodio et pultrillum meum caballinum. Et ad Remundum Adalberti cauallum meum liare.

Hactum est hoc testamentum VI kalendas madii, anno XLII regnante Filipo rege.

Sig+num Guielmi Raimundi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et testes firmare rogau.

Sig+num Arnalli Guielmi. Sig+num Iouannis. Sig+num Adalberti.

Guilmus, subdiaconus,² qui hoc testamentum rogatus scripsit sub die et anno subscripsit quo supra.

² B transcriu *clericus*.

1102, juny, 9

Jofre [Jofre] Bastó fa testament, en el qual nomena marmessors la seva esposa Adalgards, Berenguer Jofre, Guillem Jofre i Bonfill Guillem i Arnall; disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Cervià, i, entre altre béns, llega a Santa Maria de Vilabertran tot l'alou que té a la vila de Cabanes.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9721, perg. 450.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 303.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 272.

a: TO FIGUERAS, Lluís; BELLVER I SANZ, Jaume. «Les fundacions de Santa Maria», p. 9-26.

Quia nullus in carne positus mortem euadere potest, propterea ego Gaucefredus Bastonis timeo ut ne superueniat mihi repen[...] amicos meos, id sunt, nominibus Adalgardis, uxor mea, et Berengarius Gaucefredi et Guillelmi Gaucefredi et Bonefilius Guillelmi et Arnallus [...] aduenerit in hac infirmitate aut antequam alium liceat mihi¹ testamentum facere, licitum sit eis distribuere omnem meum [auere, mobilium quam immobili]um, in sanctis Dei ecclesiis, in sacerdotibus et pauperibus, sicut in hac pagina iniuncxero. In primis dimitto ad Sancte Marie cenobii [...] corpus meum <et> dimitto libras V plate ad crucem faciendam et terciam partem de omnes meas pignoras et uno manso in Rissac, qui² fuit de Adalbert de Ma[...]er. Et ad Sancti Genesisii de Cerviano closos duos de terra cum oliuarias qui ibidem sunt fundatas, concedo ad proprium alodium pro anima mea ut iugiter illuminetur una lampada ante altare Sancti Genesisii omnibus diebus hinc et in perpetuum. Et isti clausi cum oliuariis superius scripti³ sunt in uilla Espidels, qui fuerunt de Willelmus Guis[...] et de Willelmus Bernardi [et] de Lopard Bocamullada. Et ad capellanum uaccam unam obtimam.⁴ Et dimitto Sancte Marie sedis Gerunde et Sancto Sepulcro [unam libram plate]. Ad opera Sancti Petri Gallicanti aliam libram. Et ad opera Sancti Felicis Gerunde X solidos plate. Et Sancto Petro Rodas X solidos plate. Et Sancto Stephano

¹ a *me*.

² a *que*.

³ La segona i escrita sobre una e anterior.

⁴ a *optimam*.

Balneolas [unam] libram plate, quam debeo. Et Sancte Marie Riupollensi unam libram plate. Et dimitto terciam partem meum auere mobilium et immobilium, ueteri ac noui pro meis laxationibus superius scriptis ut inde soluantur. Et Sancte Marie Villa Bertran dimitto omnem meum alodium qui est in uilla de⁵ Cabannes. Et dimitto Sancto⁶ Genesii de Ceruiano omnes suos alodios, quos ego tenebam. Et Sancto Stephano de Burdils similiter. Et dimitto ad uxorem meam mulam unam faluam. Et ad episcopum meum, Bernardum, unam libram plate. Et ad netam meam, Beatrice, dimitto meum caballum, quem habet filius meus Gaucefredus. Et ad Ramundum Arnall equam unam [...] cum suo pre[...] [...]ato. Et ad Berengarium, filium meum, dimitto castrum Ciruiani cum omnibus sibi pertinentiis que ad ipsum castrum pertinent, in tali c[on]uentu ut, si ille o]bierit sine infante masculino ex legitimo coniugio, reuertatur ad filios meos Willelmo et Gaucefredo. Et concedo uxori mee meum alodium [...]as que habeo [uel habere] debeo in parroechia Sancti Felicis de Celrano et dum uixerit teneat et possideat sine ullo uinculo; post obitum uero suum, [reuertatur ad neptos] meos, Berengarium et Willelmum, in tali conuentu ut teneant ipsi per Berengarium, filium meum, et remaneant in potestate et baiulia sua. Et dimitto ad filios meos, Willelmo et Gaucefredo, ipsum castrum de Pubal cum omnibus sibi adiacenciis que ad ipsum castrum pertinent, in tali conuentu <ut>, si illi obierint sine filiis masculis⁷ legitimis, reuertatur ad Berengarium, filium meum. Et ad uxorem meam dimitto omnem meum honorem superius scriptum, ut teneat de uita sua sine blandimento de filiis [...]. Post obitum uero eius reuertatur iam dictis filiis meis, sicut hic scriptum est. Et dimitto ad filios meos, Berengario et Willelmo, ipsum castrum de Monte Róg. [Et] ipsum meum alodium, quod ego habeo in parroechia Sancti Iacobi de Spodolla, dimitto archidiachono, filio meo, ut ipse redimat de potestate Raimundi Ermengaudi III libras plate et, si ipse redimere noluerit, redimant filii mei, Berengarius et Willelmus.

[...] istum testamentum V idus iunni, anno XLII regni Philippi regis Francorum.

Sig+num Gaucefredus Bastonis, [...] signo puncti firmaui et testes firmarique rogauí.

Sig+num Adalgardis. Sig+num [...]. Sig+num Willelmus Gaucefredi. Sig+num Bonefilius Willelmi. Sig+num Arnallus [...]. Sig+num Willelmus Ramun. Sig+num Ramun Echard. Sig+num Berengarius Petri.

⁵ a omet *de*.

⁶ a *Sancti*.

⁷ *masculis* afegit sobre la línia.

+ Stefanus, presbiter, qui hoc testamentum scripsi cum litteras superpositas in XVIII
linea die annoque prefixo.

1102, juliol, 10

Per ordre del jutge Bernat Guifrà, davant els sacerdots Bernat i Berenguer Sanç, i en presència de Guillem Bernat, Bernat Pere i d'altres, Riccens i Domenga, sota jurament damunt l'altar de Sant Just de l'esglesiola situada davant la porta del nord de la ciutat de Girona, presten testimoniatge de la darrera voluntat del difunt Arnall Ramon, manifestada a la seva casa de Sords, en la qual elegí marmessors la seva esposa, l'esmentada Riccens, Pere Seguer i Ramon Arnall, disposà d'ésser sebollit al cementiri del monestir de Sant Esteve de Banyoles, i, entre d'altres béns, llegà a Santa Maria de Vilabertran una quarta part del mas de Podols.

A: Original. Girona, ADG, Pia Almoina 7578, Testaments, núm. 3.

a. CAMPRUBÍ SENSADA, Josep. «La catedral de Girona entre 1101 i 1144», doc. 5.

Hee sunt conditiones sacramentorum facte ordinante Bernardo Guifredi, iudice, coram sacerdotibus Bernardo et Berengario Sancii, in presentia Guillelmi Bernardi et Bernardi Petri et aliorum hominum. Testificati sunt testes his nominibus: hi sunt Riccens et Domenga. Nos prelibati testes, unum dantes testimonium, iuramus in Deum et super altare Sancti Iusti, quod s[...] ecclesiola, ante aquilonarem portam ciuitatis Gerunde, quia nos uidimus et audiuius et pres[entes] ibi eramus quando quondam Arnallus Raimundi, iacens in domo sua, que est in Surds, detentus ab egritudine, qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela, ordinauit suam extremam uoluntatem et ordinationem suarum rerum per suum firmum testamentum, per quod constituit ut essent sui elemosinarij et manumissores, hi sunt, predicta Riccens, uxor sua, et Petrus Segarii ac Raimundus Arnalli, quibus iniunxit distribuere omnia que habebat per ordinationem prefati testamenti, sicut hic scriptum est. Primum dimisit corpus suum cenobi[o] Sancti Stephani Balneolis cum tertia parte de ipso manso de Curts, ubi Seniullus Torelli habitat, et dimidium modium inter ordeum et frumentum et modium I uini et quartam partem de ipso manso de Pudols. Ad Sanctam Mariam sedis Gerunde dimisit medietatem de ipso manso de Furnels, ubi Sanla habitat, ad ipsam canonicam. Et dimisit ad Sanctum Petrum Gallicantus medietatem de ipso manso Pug Rechiner, ubi Petrus Guillelmum habitat. Ad Sanctum Stephanum de Surds sollidos X denariorum in rem ualentem. Ad Sanctum Petrum de Corniliano similiter. Aliam quartam partem de ipso manso de Pudols dimisit ad Sanctam

Mariam de Villa Bertrandi. Ad Guitardum, presbiter, sollidos II denariorum. Ad Guillelmum, presbitero, alios II. Ad Petrum, scriptorem, similiter. Et dimisit omnia sua alodia ab integro que habebat in cunctis locis de mansis, terris et uineis, cultis et heremis, ab ipso ponte Gerunde usque ad uillam Iuinnant ad prefatam uxorem suam, ut faciat inde suam uoluntatem, excepto hoc quod supra dimisit sanctis. Et dimisit ad filium suum, Berengarium, ipsum suum alodium de mansis, terris et uineis, cultum et eremum, quantum habebat uel habere [de]bebat de ipso ponte Gerunde usque ad Sanctum Aciscum ad suum proprium, in tali conuentu ut [...]ant eius habeat et teneat dum uixerit. Et, si obierint filius eius et uxor sua, reuertatur ad [f]iliam suam, si uixerit, et ad Guillelmum, fratrem suum. Et si frater suus recuperare uoluerit ipsum [pi]gnus de potestate uxoris sue, reddat ei libras II et mediam de plata et recuperet suum [pi]gnus. Et dimisit suos feuuos, quos tenebat per suos seniores ad prescriptum filium suum, Berengarium, et ad uxorem suam dum uixerint sine ullo retentu. Aliud suum auere quod habebat, mobile et immobile, et bestias dimisit ad uxorem suam et filios qui de se illa sunt procreati et faciat de ipsa confradria pro anima sua mercedem et dimisit ipsum pignus, quod habebat in Garrigolis de Petro Bernardi, nepote suo, pro libra I de plate ad uxorem suam et filium. Hoc totum misit in baiulia Omnipotentis Dei et beate Marie et Arnalli Guillelmi, cognati sui, et ipsum pignus de Raimundo Oliue dimisit ad uxorem suam et filium, et, si ipse obierit, reuertatur ad filiam suam Beatricem. Et dimisit filie sue Sicardi suam partem, quam habebat in ipso manso quem tenet Berengarius Arnalli in Corniliano, et omne illud quod habet in Villa Freder.

Fuit factum prescriptum testamentum II kalendas marcii, anno XXXI regni Philippi regis.

Firmitatum fuit a supradicto conditore Arna[...] signo puncti et a reliquis firmatoribus, scilicet, Richsen et Poncio. Scriptor Petrus, leuita.

Nos supradicti testes testificamur et iuramus in Deum et in supradicto iuramento quia, sicut superius scriptum est, ita a supranominato testatore Arnallo ordinatum est et firmitatum nobis uidentibus et audientibus et audientibus per extremam uoluntatem.

Late conditiones VI idus iulii, anno XLIII regni Philippi, infra primos VI meses post obitum testatoris.

Sig+num Richsen, signum Domenega, qui supradictum testimonium dedimus et iurando firmauimus. + Bernardus, iudex et capud scole.* Signum Guillelmi Bernardi. Signum Bernardi Petri. Bernardus, presbiter.* SSS Berengarius, leuita.*

[Rai]mundus, leuita, qui has condiciones rogatus scripsi et uice Bernardi Guifredi, iudicis, suscepit die et anno quo supra.

1101-1102

Constança, filla de Bergon, fa testament, en el qual nomena marmessors Guillem Esteve, Ramon Girbert i Berenguer Ramon; disposa d'ésser sebollida al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església llega l'alou que té més enllà del riu la Muga; també li fa deixa del mas que té a la vila de Cabanes en el qual habita Alquer, tot i que aquest mas l'ha de continuar tenint aquest darrer juntament amb dos fills de la testant, Guillem i Esteve, per bé que tots aquests l'han de tenir sota poder de l'abat de Santa Maria, i després de llur mort haurà de quedar a lliure disposició de l'abadia. Una altra casa, on està Guillem Coll, la deixa al seu alte fill Dalmau, després de l'òbit del qual ha de ser també per a la predita Santa Maria. Finalment, d'una tercera part dels seus béns mobles, en fa dues meitats, una de les quals destina a Santa Maria de Vilabertran.

- A: Original. Figueres, ACAE, Documentació esparsa d'àmbit religiós, ACAE110-109-T2-541
 B: Còpia simple. Barcelona, BC, reg. 9851, perg. 459.
 C: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.
 D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 58.

^{1,5}Hoc est testamentum quod facio ego Constancia, femina. Primitus precor ut sint elemonisarii mei, uidelicet, Gillelmus Stefani et Ramundus Gir[be]rti et Berengarius Ramundi, qui post obitum meum distribuant omn[e] meum, sicut ic inuenerint scriptum.
²In primis iubeo corpus meum sepelire in cimiterio ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto eidem ecclesi[e] ipsum alodium, qod abeo uel abere debeo qocumque modo ultra flumen¹ Sambu[ce], de meridiana uidelicet parte cum omnibus sibi pertinentibus.² Dimitto³ e[t] perdicte⁴ ecclesie ipsum mansum que abeo in uila de Cabanes cum omnibus pertinentibus sibi, in quo Alcerius abitauit.⁵ Et eundem mansum teneant filii mei, silicet,

¹ L'escrivà ha escrit amb error evident *fulmen*.

² Sembla evident que aquí l'escrivà omet una part de text per haver comès un salt textual. El mateix salt consta en B, cosa que prova que aquest diploma té en A el model.

³ La te està escrita sobre la línia.

⁴ Fa de mal dir si aquí l'escrivà ha confòs l'abreviatura per a *pre-* amb la de *per-*, i caldria interpretar llavors *perdicte* amb el significat de *predicte*, cosa probable; o si el que realment escriu és *per dicte* amb el significat de 'per a la dita'. Opto, però, com a preferible per la primera hipòtesi, i per això mantinc la lectura *perdicte*. Vegeu, a més, la nota 6.

⁵ L'escrivà inicialment va escriure *abitat*, va cancel·lar la darrera te i després va afegir la síl·laba *uit*.

(*sic*) Gillelmus et Stefanus, per manum⁶ abbatis predicte Sancte Marie. Et post obitum singulorum remaneat predictum mansum iam dicte Sancte Marie sine ulo retentu. Et alia domus, in qua stetit Gillelmus Collerem,⁷ remaneat Dalmacio, filio meo, post cuius obitum sid perdicte⁸ Sancte Marie. Predicto filio meo Gillelmo dimitto partem meam de ipso manso quem tenet Miro Oliue infra sacraria de Oliues cum ipsa fexa, que est super mansum Petr[i] Bernadi de Supre Via et cum duabus peciis de tera que tenet Gazpertus Renardi in loco qui uocatur Aragallo, super uiam et subtus uiam, pro melioracionem cum ipsam meam comparacionem de Vilar Tuduli⁹ et cum ipso¹⁰ campo que teneo in Tureles de Keragridi. Et dimitto filio meo St<e>fano ipsas domos, in quibus abitat Petrus Bernadi, cum ipsa fexa de tera, in qua sedent, simul cum ipso orto usque in ipsam uiam, qui afrontat in fexa predicti Gillelmi, et cum ipsa fexa de tera qua tenet Miro Oliue iuxta suam aream, prope uiam, et cum alia fexa, que est a<nt>e portam Ademari Secfret. Et filio meo Dalmacio dimitto fexa unam de tera, qui michi aduenit per B[er]gundem, matrem meam, cum alia fexa ibi prope, que michi aduenit de patre meo. Sancto Petro Rodensi medietatem unius campi in Villa Iudaica. Sancte Fidei peciam una uinee¹¹ ad ipsum Furnum¹² cum ipso campo de Acutes. Alia mea alodia diuidantur in quatuor partibus: tres partes sint filiis meis, Gillelmo et St<e>fano atque Dalmacio; quarta uero pars sid duabus filiabus meis, Olliardi et Adaledi; et de tercia parte (*sic*) mobilium que michi contigerit, facia[nt] elemosinarii mei duas partes: una sid Sancte Marie, altera sit Sancti¹³ Clementis et Sancte Fidei et clericis eorum. Et hoc¹⁴ testamentum¹⁵ firmitatem obtineat.

Facto hoc testamento, ano XLII regni Filippi regis.

Sig+num Constancia, femina, qui hoc testamentum fieri iusi et firmaui rogauit.

Sig+num Petri¹⁶ Gifredi. Sig+num Ioanis Gundemari. Sig+num Petri Gillelmi. Sig+num Emerici. Sig+num Petri Adalberti.

Gillelmus, sacer,¹⁷ qui hoc testamentum scrip<s>it (*senyal*) die et ano quo supra.

⁶ Inicialment va posar el signe d'abreviatura per a *pre*, però la va cancel·lar.

⁷ B transcriu *Colem*.

⁸ Aquí es repeteix la incidència comentada en la nota 5.

⁹ B esmena *Tudulini*.

¹⁰ La essa està escrita sobre la línia.

¹¹ La primera e està escrita sobre la línia.

¹² A transcriu *ipsurnum*.

¹³ La lletra i està escrita damunt una e.

¹⁴ La lletra hac està escrita sobre la línia.

¹⁵ La segona e està escrita sobre la línia.

¹⁶ La lletra te està escrita sobre la línia.

¹⁷ B transcriu *presbiter*.

1103, febrer, 17

Jofre Bernat fa testament, en el qual llega a l'església de Santa Maria de Vilabertran una quarta part d'un clos que té a la parròquia de Sant Julià de Llers.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 48v.

In sacco inscriptio "Donations"

Primer

Testamentum Gaucfredi Bernardi, quo legavit dicte ecclesie quartam partem cuiusdam clausi siti in parochia Sancti Juliani de Lercio.

13 chalendas martii, anno 43 Philippi regis.

n. 198

1103, abril, 4

Beatriu defineix a Santa Maria de Vilabertran el violari que té per donació del seu [difunt marit] Bernat Guillem sobre un alou cedit per aquest a l'esmentada església, situat a Santa Maria de Vilanant, consistent en el mas Riera on viu Bernat Sal·la i en la cabanera on habita Arnall Guillem.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9619, perg. 79.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 83.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 274.

Ego Beatrix definio Sancte Marie Ville Bertrandi et Petro et clericis eiusdem ecclesie ipsum uivolarium quod mihi dedit Bernardo Guilielmi in ipso alodio quod dimisit Sancte Marie predicte in parochie¹ Ville Abundantis, scilicet, in ipsa Riera, in ipso manso, ubi abitat Bernardus Sanla, et in cabaneria, ubi abitat Arnallus Guilielmi, cum omnibus sibi pertinentibus, terris et uineis et cum exitibus et regresibus cunctis. Et hec scriptura firmitatem obtineat.

Facta autem hec scriptura definicionis II nonas aprelis, anno XXXXIII² reynante rege Pilipo.³

Sig+num Beatricis, qui hoc scriptum definitionis firmo.

Sign+um Arnallus Ioani. Sign+um Berengarius Raimundi. Sign+um Petrus Primi.⁴
Sign+um Bernardus Mironis.

Sig+num Guilelmus, subdiachonus.⁵

¹ La síl·laba *ro* escrita sobre la línia.

² *III* afegits sobre la línia.

³ A continuació hi ha les lletres *sri* sobrereres i no cancel·lades.

⁴ La signatua de Pere Prim ha estat afegida en un segon moment.

⁵ Document sense signatura manifesta de l'escrivà, tot i que no descarto que l'escrivà fos el sotsdiaca Guillem, que singularitza el seu *signum*.

1103, abril, 28

Guillem Dalmau i d'altres donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran una peça de terra situada a la parròquia de Sant Esteve de Pedret, al lloc anomenat Vilarnou.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per Guilelmum Dalmatii et alios dicte ecclesie de petia terre sita in parochia Sancti Stephani de Padreto, in loco qui vocatur Villare Novo.

4 chalendas maii, anno 43 Philippi regis.

n. 199

1103, maig, 25

Ademar Francó fa testament, en el qual nomena marmessors Arnall Gerall, el germà d'aquest, Guillem, i Ponç Gondemar; disposa d'ésser sebollit en el cementiri de Santa Maria de Vilabertran, església a la qual llega un alou que havia comprat, juntament amb el seu germà Ricard, a un home de nom Gogí, situat a la parròquia de Sant Martí de Peralada, a l'indret anomenat el Prat, juntament amb la meitat del farraginar que Pere Jobert hi té per ell i la seva quarta part del camp dit de Balaguer, la seva meitat de la vinya plantada per Sesmon i un camp que Oliba Bernat i el seu germà Bernat Bernat tenen més enllà de la Muga, amb la reserva que la filla del testador, Maria, tingui els esmentats béns a violari per mà de l'abat de Vilabertran, i en pagui un parell de gallines en reconeixement. També deixa a la canònica una quarta part dels seus béns mobles i un convit.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9906, perg. 442.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 275.

4Hoc est testamentum quod facio Ego Ademarus Franci taliter. Primitus precor ut sint elemosinarii mei, scilicet, Arnallus Geiraldi et Guilielmus, frater eius, et Poncius Gondemari, qui post obitum meum potentialiter atque fideliter distribuant omnia mea, sicut hic inuenerint scriptum. In primis iubeo corpus meum sepeliri in cimiterio ecclesie Sancte Marie Ville Bertrandi. Et dimitto predictae Sancte Marie alodium meum quod ego emi cum Ricardo, fratre meo, de condam homine Gogino in parrochia Sancti Martini de Petralata, in loco qui uocatur Pratum, uidelicet, medietatem meam et medietatem meum ferragenalis, quod Petrus Gauceberti tenebat per me. Et meam quartam partem de ipso campo qui uocatur de Balagario et medietatem meam de ipsa uinea quam Sesmundus plantauit et campum unum quem tenet Olibanus Bernardi et frater eius, Bernardus, ultra flumen Sambuce. Et filia mea Stephania teneat predicta omnia omnibus diebus uite sue per manum abbatis predictae Sancte Marie et per singulos annos donet recognitionem parilium unum gallinarum clericis Sancte Marie. Filie mee, que uocatur Gilla, auctorido ipsum mansum qui uocatur de Gerundella cum omnibus sibi pertinentibus, qui est in parrochia Sancti Martini de Villa Erigi. Iterum dimitto ei cum sorore sua, Ulliardis, equaliter ipsum alodium quod ego habeo in parrochia Sancte Cecilie, in loco uidelicet qui uocatur Sancti Laurentii de Terrades et in c[ir]cuiitu terminorum eius. Sancte Marie de Arulis dimitto

ipsum meum alodium, scilicet, terras et uineas, cultas et ermas in parrochia Sancte Cecilie, quas ego emi et comparauit de quibusdam hominibus, uidelicet, Iohanne Aureoli et de Arnallo, fratre suo, et de Rodballo Olibani et de fratre suo, Giscafredo, et de Seniofredo Chintalani. Et Guilielmus, filius meus, teneat predictas comparationes omnibus diebus uite sue per manum abbatis predictae Sancte Marie de Arulis, cui donet recognitionem per singulos annos libram unam de cera. Post cuius obitum deueniant predictae comparationes in dominium et potestatem predictae Sancte Marie et abbatis et monachorum eiusdem ecclesie. Filio meo Guilielmo dimitto omnes alios meos alodes et feuos et tenuitiones et baiolias. Et, si mortuus fuerit sine legitimo infante, remaneant omnes predicti feui Remundo Renardi, si uenerit (*sic*). Et post obitum filii mei, si uiuus fuerit, quos habeat cum filiabus meis aut cum filiis earum. Et omnia mobilia mea diuidantur in duabus partibus per medium: una medietas sit filio meo Guilielmo, alia uero medietas contingat michi, que diuidatur per medium, una medietas de his sit predictae Sancte Marie, altera sit Sancte Cecilie, que diuidatur in tribus partibus, una ex illis sit in opere Sancte Cecilie, altera capellano eiusdem ecclesie, tertia clericis predictae ecclesie. Sed prius predicti mei elemosinarii preuideant de duobus conuiuuiis: unum quod donent predictae¹ Sancte Marie, alterum clericis Sancte Cecilie. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Facto hoc testamento VIII kalendas iuni, anno XL^o III^o regni Philippi regis.

Sig+num Ademari Franchonis, qui hoc testamentum fieri iussi et firmaui et firmari rogauit.

Sig+num Olibani Gondemari. Sig+num Bernard Ponc. Sig+num Arnat Ponc. Sig+num Berenger Ponc. Sig+num Viader. Sig+num Poncius Gondemari.

Berengarius, presbiter, qui hoc testamentum rogatus scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

¹ Al damunt de *predictae* hi ha una e sobrerera i no cancel·lada.

[1103-1105], juny, 6

Ena i els seus fills, Guillem Bernat i Berenguer Bernat, i Bernat Guifrè donen a Santa Maria de Vilabertran l'església de Sant Cebrià, situada al comtat de Besalú, a la parròquia de Santa Maria de Darnius, a la vall d'Arnera, amb els 30 passos eclesiàstics.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 19.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 303v-304.

D: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 292v-293.

E: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 276.¹

C

Quoniam noster finis nobis incertus est et hora nostri exitus quotidie aporpinquat, debemus terrena pro caelestibus comutare et carnalia spiritualibus, Deo fautore, postponere, idcirco in Dei nomine ego Hena,² faemina, et filii mei, Guillelmus Bernardi et Berengarius Bernardi, atque Bernardus Guifredi donamus Deo et Sanctae Mariae Villae Bertrandi pro salute et remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum ecclesiam Sancti Cipriani, quae est nobis per proprietatem alodii iure paterno uel quolibet modo concessa. Est namque praefata ecclesia Sancti Cipriani in comitatu Bisuldunensi sita, infra terminos parrochiae Sanctae Mariae de Darnicis, in ipsa scilicet valle quae dicitur Arnera. Concedimus denique hanc eandem ecclesiam loco praefatae Villae Bertrandi cum XXX passibus ecclesiasticis in circuitu ipsius ecclesiae Sancti Cipriani ex omni parte, pariter cum alodiis et adiacentiis eidem ecclesiae pertinentibus, quae hodie habere videtur in parochia iam dictae Sanctae Mariae de Darniciis et in futurum, Deo disponente, in omnibus locis eadem ecclesia acquirere potuerit cum terminis et afrontationibus et exitibus atque regraesibus universis et arboribus diversi generis. Quicumque autem hanc scripturam nostrae donationis irrumpere voluerit nullo modo facere posit, sed cuiuscumque sit dignitatis vel ordinis iram Dei et suorum omnium sanctorum anathemate innodatus incurrat donec culpam suae nequitiae confesus Deo et loco praefatae Sanctae Mariae Villae Bertrandi et clericis ibi degentibus ut sacrilegus satisfat. Praefata igitur omnia cum futuris

¹ E el data de l'any 1103.

² Aquesta mateixa dona de nom *Hena* apareix també en el document del 13 d'octubre de 1106, actualment document 388 d'aquest diplomatar.

aumentationibus in potestatem praescriptae Sanctae Mariae Villae Bertrandi et suorum clericorum perenniter consistant sine aliqua inquietudine et sine aliquo retentu. Hac scriptura omni tempore firma permanente.

Quae est facta anno ab Incarnatione Domini millesimo C^o III^o, 8 idus iunii, anno XLV regni Philipi regis.

Sig+num Hene, sig+num Guillelmus Bernardi, etc. *Hay 37 firmas,³ pero no hay alguna digna de notarse. Esta es copia en que firmas y escritura todo es de una letra.*

D⁴

Donació que fa Bona femina y sos fills a la iglesia de Santa Maria de Vilabertran et suis clericis de la iglesia de Sant Ciprià de Arnera ab 30 pasos eclesiastichs en circuit, la qual iglesia es sita infra terminos parroquiae Sanctae Mariae Darnicibus in ipsa, scilicet, valle quo dicitur Arnera ab tots los demes alous, adiacencias, etc., quae est facta anno ab Incarnatione Domini millesimo C^o III^o, 8 idus iunii, anno XLV regni Philipi regis. Son 42 personas que la firman, pero no he hallado alguna digna de notarse.

³ E fa notar que hi ha un altre regest, el D, on la donant porta el nom de *Bona femina*, però no s'indica el nom dels fills, i es diu que les signatures són de 42 persones i no de 37. Sembla tractar-se de dues còpies distintes d'un mateix document, però l'any de l'Encarnació i la del rei franc no són coincidents.

⁴ Ateses les diferències entre el text de C i D, transcriu a continuació el regest D. Ja es veu que es tracta de dues versions distintes d'un mateix document.

1103, octubre, 3

Sicards, senyora del castell de Lloret, fa testament, en el qual nomena marmessors el seu fill Bernat, bisbe de Girona, i el seu germà Bernat Jofre, Ramon Gerall, Berenguer Odó i el germà d'aquest Ponç; disposa d'ésser sebollida al cementiri de la seu de Girona i, en esmentar els béns que llega, menciona l'alou d'Estanyol, dins els termes de la parròquia de Sant Andreu, que deixa als seus fills Bernat, bisbe de Girona, i Bernat Jofre, exceptuada la donació que ja havia fet a Santa Maria de Vilabertran.

[A]: Original perdut.

B: Còpia del segle XII. Girona, ACG, Pergamins dels segles IX-XII, carp. 3, núm. 136.

a. CAMPRUBÍ SENSADA, Josep. «La catedral de Girona entre 1101 i 1144», doc. 10.

Quia nullus in carne positus mortem euadere potest, iccirco ego Sicardis, timens repentine mortis interitum, plena ac sincera memoria dum iaceo in do[mo] mea apud castrum de Laured, eligo tutores meos uel elemosinarios Bernardum, uidelicet filium meum, Girundensem episcopum, et Bernardum Gaucefredi, fratres, et Raimundum Geralli et Berengarium Otonis et Poncium, fratrem eius, quibus plenam laudo atque concedo potestatem distribuendi omnes res meas, mobiles et immobiles, sicuti ego in presenti testamento disposuero. In primis dimitto corpus meum sepeliendum in cimiterio Sancte Marie sedis Girunde. Et canonicè eiusdem ecclesie concedo apud Estaniol ipsum mansum de Oliuera et condaminam de ipsa Crosa et ipsam quam tenet Raimundus de Pulcro Miraculo, et apud Lauretum ipsum mansum de Campo Guardial cum ipse francheda et tracturis et pertinentiis suis, ubi habitat Poncius Miro, et in Valle Marina ipsum alodium qui fuit Raimundi Umberti et ipsum mansum de Trilia, ubi Ysarnus habitat, cum omnibus suis pertinentiis et ipsam meam mulam et omnem aesplet quod habeo in omni alodio quem teneo et dimitto prelibate canonicè, dono atque concedo predicte canonicè. Et Sancto Marciali Superiori de Monte Signo dimitto donationem, quam ego feci ei apud Lauretum. Et Sancto Celedonio ipsas comparationes, quas ego feci intus, in ipsa uilla Sancti Celedonii, pro emendatione alaudii de Val de Marina. Et Pontio Otonis dimitto unum mansum apud Stagneolum, qui est in Rexag, quem tenet Arnallus Guillelmi, cum suis pertinentiis et meam partem de ipsis equis, quas habeo <in> Casellas, et ipse mansus, post obitum predicti Poncii, reuertatur ad filios meos, Bernardum, episcopum, et Bernardum Gaucefredi. Et

alium meum alodium, quod habeo apud Stagneolum, infra parroechia Sancti Andree, excepta donatione quam ego Sancte Marie Ville Bertrandi feci, dimitto iam dictis filiis meis, Bernardo, Ierundensi episcopo, et Bernardo Gaucefredi, cum omnibus sibi baiuliis que ibi sunt, et iterum concedo eis kastrum Laureti cum omnibus sibi pertinentibus, exceptis donationibus quas facio canonice Girundensi et Sancto Marciali, tali uidelicet ratione ut, dum uixerit, prefatus Bernardus episcopus teneat et possideat medietatem ipsius castri et omnium rerum eidem kastro pertinentium absque blandimento ullius hominis. Post obitum uero suum, remaneat iam dicto Bernardo Gaucefredi, fratri suo, et, si Bernardus mortuus fuerit, uni filio suo remaneat medietas prefati castri et omnium rerum eidem kastro pertinentium predicte canonice Sancte Marie Girundensi sine blandimento ullius hominis uel femine, sicut superius dictum est, de Bernardo episcopo. Et omnem meum decimum, quod habeo de Gaucefredo Bernardi, uiro meo, et lituosos, quos habeo de Guisla et Arberto, fratribus, qui fuerunt filii eius, et ipsa alodia que mihi dedit Amatus Ratfredi per iussionem predicti Gaucefredi, ubicumque sint, dimitto Bernardo Gaucefredi per meliorationem. Et ad Ermessendem, filiam meam, dimitto mansum meum, quem habeo in Macaned, ad ipsas Brugeroles, quem tenet Bonuspar. Et Sicardi, nepte mee, concedo ipsum mansum de Vilarzel. Alia uero alodia, que fuerunt Gaucefredi Bernardi, ubicumque sint ab integro dimitto prefato Bernardo Gaucefredi, filio meo. Alodia autem de Chasselles cum omnibus suis pertinentiis et ipsa de Perduds cum suis pertinentiis et ipsa de Cantalubs et de Riba cum omnibus pertinentiis et ipsa de Villar cum suis pertinentiis et ipsa de Valle Mucusa cum suis pertinentiis et ipsa de Capadaspre cum suis pertinentiis et ipsa de Mata de Maritimis cum suis pertinentiis et kastrum de Kalella cum alodiis¹ de Orto Sauiniano et de Monte Sancto et de Cornes Altes et de Fonte Rotundo cum illorum pertinentiis et alodia de Valle Plana, dimitto Bernardo, filio, Girundensi episcopo. Et iterum dimitto ei omne meum decimum quod habere debeo de Umberto Otonis et omnes meas comparationes quas feci cum eo in omnibus locis tam in Girundensi quam etiam in Barchinonensi. Post obitum quoque suum dimitto Sancto Iuliano de Monte Signo ipsum mansum de Vilare Tort. Et dimitto ad Ospitalem Girundensem dimidium modium ordei et quarta I de uino apud Stagneolum. Et de meo mobile, exceptis uexellis, sint soluta mea debita. Et ex aliis que remanent dimitto Petro Udalardi solidos VII de plata, et ex alio quod remanet dimitto medietatem Sancto Marciali Superiori, aliam uero medietatem pro anima mea, sicuti melius uiderint mei elemosinarii.

¹ A continuació hi ha una essa expuntuada.

Actum est hoc V nonas octobris, anno XLIII regni Filippi regis.

Signum Sicardis, que hoc testamentum fieri iussi, manu propria firmaui et testibus firmari rogavi. Signum Raimundi Geralli. Signum Berengarii Otonis. Signum Raimundi Berardi. Signum Guillelmi Dominici. Signum Iohannis Raimundi. + Poncius Otoni, leuita.

Arnallus, scriptis fauet archipresbiter istis, qui et scripsit hoc die annoque prefixo +.

SS Guillelmus, presbiter, qui hoc fideliter translataui.

1104, abril, 23

Guillem Ramon fa testament, en el qual disposa d'ésser sebollit al cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual canònica llega el mas on habita Bernat Miró i altres masos i terres.

[A]: Original perdut.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 227v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 277.

9 kalendas mai, anno 44 regni Philippi regis. Guilielmus Raymundi *fa testament, y ordena* ut sepeliatur corpus suum in ciminterio Sanctae Mariae Villa Bertrandi, et dimitto eidem Sanctae Mariae mansum in quo habitat Bernardus Mironis, *y altres masos y terras, pero no expressa about son.*

1104, abril, 29

Bernat Adalbert de Navata defineix a Santa Maria de Vilabertran tots els alous que la seva àvia Ermengards i el seu pare i els seus oncles havien donat a aquesta església, consistents en uns masos situats al comtat de Girona, a la parròquia de Sant Esteve de Madremanya, i al comtat de Besalú, a les parròquies de Sant Feliu de Lladó, Santa Coloma de Cabanelles i Sant Martí de Queixàs, i, empedenint-se d'haver comès injúries contra Santa Maria de Vilabertran als alous d'Espinavessa i en altres llocs del seu honor, jura que, en endavant, serà amic fidel de l'abat i dels altres clergues de la susdita canònica. Rep per aquesta definició 45 sous de plata.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5547, perg. 46.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 278.

4In nomine Domini. Ego Bernardus Adalberti de Nauata definio et euacuo sine ullo retentu Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi et eius clericis omnia alodia que auia mea, Ermengardis, et pater meus seu auunculi mei dimiserunt quibuscumque modis loco iam dicte Sancte Marie, uidelicet, mansus cum omnibus que ad eos pertinent et cum omnibus eorum affrontationibus et exitibus et regressibus suis tam in terris quam in uineis, tam in cultis quam in eremis, et in cunctis utilitatem hominum pertinentibus. Que omnia sunt in comitatu Gerundensi, in parrochia scilicet Sancti Stephani Matris Magne, et in comitatu Bisildunensi, in parrochiis Sancti Felicis de Ledono et Sancte Columbe de Kabannellis et Sancti Martini de Kexanis. Sic igitur definio ego iam dictus Bernardus prenominata alodia prefate Sancte Marie ut ab odierno et deinceps neque per me ipsum neque per quemlibet hominem uel feminam extraneum uel afinem inquietem uel inquietare faciam aliquo ingenio, sed semper permaneant inuiolabili modo in potestate et proprietate loci prescripte Sancte Marie et clericorum ibi Deo famulantium. Tortitudines etiam et importunitates et iniurias et malos usus quos penitet me iniuste fecisse Deo et sue Genitrici et clericis prenominati loci Ville Bertrandi in alodiis Spine Verse et ubique infra meum honorem non ultra me facturum sub Dei attestazione et iure iurando conuenio, sed semper cum fidelitate amicus ero iam dicti loci et abbatis et clericorum inibi degentium et de his quae adquisuit uel adhuc, Deo annuente, idem locus adquisierit Dei et sue Genitricis fidelis in omnibus ero sine engan. Accipio namque pro hac definitione XLV solidos plate. Si quis

autem hoc irrumperet temptauerit, iram et maledictionem Dei et omnium sanctorum incurrat et periculo excommunicationis subiaceat, donec resipiscat et quod iniuste fecerit ecclesiastice componat. Et hec scriptura euacuationis firma omni tempore consistat.

Que est acta III kalendas mai, anno XLVIII regnante rege Philippo.

Sig+num Bernardi Adalberti, qui hanc scripturam euacuationis fieri iussi, firmaui et firmare rogauit.

Sig+num Raimundi Adalberti. Sig+num Berengarii Guilielmi. Sig+num Petri Otoni. Sig+num Bernardi Berengarii. Sig+num Petri, presbiteri. Sig+num Raimundi, presbiteri. Sig+num Raimundi Arnalli. Sig+num Guilielmi, clerici, SS.* Sig+num Berengarii Raimundi de Auinione. Guilielmus, clericus de Nauata.*

Guilielmus, presbiter, qui hanc scripturam euacuationis rogatus scripsi, subscripsi die et anno quod supra.

1104, juliol, 26

Ramon Guillem de Montagut, sagristà, i Pere Guillem, germans, fan donació a l'església de Santa Maria de Vilabertran de tots els alous que tenen a la parròquia de Sant Pere de Ceret de Vallespir i de Rosselló, i per dos masos confessen haver rebut de Pere Rigall un mul.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 286.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 286.

7 kalendas augusti, anno 45 regni Philipi regis. Raymundus Guilielmi¹ de Monte Acuto, sacrista, et Petrus Guilielmi, fratres, *fan donacio a la iglesia de Vilabertran de tots los alous tenian en la parroquia de Ceret del Vallespir del Roselló, y per dos masos confesan rebrer de potestate domini Petri Rigualli et sotiorum eius unum mulum.*

¹ A continuació *sacris* cancel·lat.

1104, setembre, 16

Arnall Andreu, en compliment de la darrera voluntat de la seva germana Trutgards, dóna a Santa Maria de Vilabertran una peça de terra situada al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Martí de Peralada.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9632, perg. 79.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 279.

₂In nomine Domini. Ego Arnallus Andree facia (*sic*) hanc cartam donationis Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi de pecia una terre que est in comitatu Petralatensi, in parrochia Sancti Martini de Petralata.¹ Rogauit igitur me condam moriens soror mea Trudgardis ut hanc cartam fecissem prelibate Sancte Marie de prenominata terra que ei adueniebat per uocem parentum suorum. Afrontad autem eadem terra a parte orientis in terra Sancti Petri uel in terra Gosberti, a meridie in terra ipsi Gosberti similiter, ab occidente in terra Raimundi Guifredi et heredum suorum, a parte uero circi in terra similiter Raimundi Guifredi. Quantum infra istas quatuor affrontationes includitur, totum ab integro, trado in potestatem prefate Sancte Marie et suorum clericorum ad proprium alodium pro remedio anime iam dicte sororis mee cum ripis congruentibus aque que per predictam terram discurrit et omni alueo aque. Si quis autem hanc scripturam donationis irrumpere temptauerit, nil ei proficiat, sed in duplo iam dicta omnia componat cum sua melioratione. Et hec scriptura firma omni tempore maneat.

Que est facta X° VI° kalendas octobris, anno XL° V° regni Philipi regis.

Sig+num Arnalli Andree, qui hanc cartam donationis fieri iussi, firmaui et testes firmare rogauí.

Sig+num Petri Guilielmi. Sig+num Iouannis. Sig+num Petri Pontii. Sig+num Guilielmi Petri.

Guilielmus, leuita, qui hanc cartam donationis scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

¹ La última a escrita després de correcció.

1104, desembre, 30

Pere [Rigall], abat de Santa Maria de Vilabertran, permuta amb Berenguer Guillem i els seus germans, Guillem i Pere, aquest darrer clergue, dos camps situats en el terme de Vilabertran.

[A]: Original perdut.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 207v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 280.

3 kalendas januari, anno 45 regni Philippi. Ego Petrus, abba, cum omni congregatione clericorum Sanctae Mariae Villae Bertrandi *permutaron con Berenguer Guillem y sus hermanos Guillem y Pedro clerigo dos campos situados en el termino de Vilabertran.*

1105, gener, 17

Ramon Blanquer i la seva germana Guilla donen i venen a Santa Maria de Vilabertran llur part en una feixa anomenada de Costa, que tenen amb llurs altres germans al comtat d'Empordà, a la parròquia de Sant Feliu de Guàrdia, per un sou de plata, que rep Ramon, i per una guadenga que en val un altre, i rep Guilla.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9652, perg. 92.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 281.

3In Dei nomine. Ego Raimundus Blancherii et soror mea Guilla donatores sumus Deo et ecclesiae Sancte Marie Ville Bertrandi alodium nostrum, quod abemus in comitatu Impuritano, in parrochia scilicet Sancti Felicis de Guardia. Est pronominatum (*sic*) alodium feixa I que uocatur de Costa quam habemus cum fratribus nostris, de qua damus de bonam et spontaneam uolumptatem Deo et ecclesie Sancte Marie iam dicte illas nostras porciones, quas illic habemus et abere debemus. Et nobis adueniunt per uocem paternam et maternam, unde tamen accipimus ab abbate et clericis ego Raimundus solidum I plate et ego Gilla guadingiam I, que bene apreciatu aliam. Quod alodium predictum donamus, uindimus et uendimus (*sic*) et deliberamus Deo et Sancte Marie prescripte et abbati et clericis cum omnibus suis afrontationibus et adiacenciis et exitibus et regressibus uniuersis pro remedio nostrarum animarum et parentum nostrorum. Et est manifestum. Quem uero hec omnia, sicut superius resonat, de nostrum iure in uestrum tradimus dominio et potestate. Quod si nos donatores seu uenditores aut aliquis homo utriusque sexus hec scripture donationis uel uendicionis inrumpere temptauerimus aut temptauerunt, nil proficiam aut proficiant, sed in duplo uobis aut successoribus uestris componamus uel componant. Et inantea hec scripture donationis uel uendicionis omni tempore maneat firma.

Hacta est autem hec scripture donationis uel uendicionis XVI kalendas februarii, anno XLV regnante Philipo rege.

Sig+num Remundus, sig+num Guisla, qui hec scripture¹ donacionis uel uendicionis fieri iussimus, firmauimus et firmare rogauimus.

Sig+num Petri Sesmundi. Sig+num Berengarii Vitalis. Sig+num Gauzberti. Sig+num Poncii Gauzberti.

Petrus, presbiter, qui haec scripture donationis uel uendicionis scripsi sub die et anno quod supra subscripsi.

¹ Està escrit *scripturere* per diplografia.

1105, febrer, 14

Ponç Bonfill fa testament, en el qual llega a Santa Maria de Vilabertran un alou que té a Castelló.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 51.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Testamentum Pontii Bonifilii, quo legat dicte ecclesie alodium quod habebat in Castello.

16 chalendas martii, anno 45 Philippi regis.

n. 242

1105, febrer, 23

Bernat Joan i la seva germana Adalgards donen a Santa Maria de Vilabertran una terra que llur mare Adaleids havia deixat a l'esmentada canònica, situada al comtat de Peralada, a la parròquia de Sant Joan de Vilatenim.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9907, perg. 442.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 282.

₃In nomine Domini. Ego Bernardus Iohannes et soror mea Adalgardis facimus hanc cartam donationis Sancte Marie Ville Bertrandi de quadam pecia terre quam mater nostra Adalaizis dimisit eidem Sancte Marie ad die obitus sui pro remedio anime sue. Et est ipsa terra in comitatu Petralatensi, infra terminos¹ parrochie Sancti Iohannis de Villa Timim. Affrontat autem a parte orientis in terra iam dicte Sancte Marie et prefati Sancti Iohannis, a parte circii in campo Amati, a meridie in terra Petri Bernardi et Arnalli Ramundi et Iohannis Datuini, ab occiduo in terra iam dicti Iohannis et filiorum suorum. Quantum affrontat infra istas IIII^{or} affrontationes, totum, tradimus in potestatem prefate Sancte Marie et suorum clericorum pro remedio iam dicte matris nostre, sicut nobis ipsa terra aduenit per uocem parentum nostrorum uel pro qualicumque uoce, ita ut ab hodierno et deinceps, id est, terra sit proprium alodium prelibate Sancte Marie, et quicumque, siue homo siue² femina, hanc cartam donationis uoluerit irrumpere, nil ei proficiat, sed in duplo componat cum sua melioratione. Et hec scriptura firma omni tempore permaneat.

Acta est autem hec VII kalendas marci, anno XLV regni Philippi regis.

Sig+num Bernardi Iohannis, sig+num Adalgardis, qui hanc cartam fieri iussimus, firmauimus et firmare rogauimus.

Sig+num Stephhani (*sic*) Arnalli. Sig+num Arnalli Ramundi. Sig+num Petri Iohannis. Sig+num Geralli Guilielmi. Sig+num Bonihominis. Sig+num Petri Stephani.

¹ A continuació hi ha escrita l'abreviatura *sic* sense cancel·lar.

² A continuació hi ha una hac i l'inici d'una a esborrades.

Guilielmus, leuita, qui hanc cartam donationis scripsi et subscripsi die et anno quo supra cum litteris ibi dampnatis.

1105, març, 11

Els marmessors de Pere Bremon donen a l'església de Santa Maria de Vilabertran la tercera part de dos masos situats a la parròquia de Sant Mateu de Vilademires.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

In sacco inscripto "Donations"

Primer

Donatio facta per elemosinarios Petri Bermundi dicte ecclesie de tercia parte duos mansos in parochia de Vilademires.

5 idus martii, anno 45 Philippi regis.

n. 204

1105, març, 20

Pere [Rigall], abat de Santa Maria de Vilabertran, cedeix a violari a Guillem Llobató l'alou que el germà d'aquest, Gerall, havia donat a l'esmentada església, exceptuant-ne el camp de Passadores; i també li fa donació d'unes penyores de terra i compres que el referit Gerall havia donat a Vilabertran, que tindrà de son vivent a canvi de la tasca. Si les penyores eren redimides, el preu serà per als clergues de Santa Maria.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9626, perg. 94.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 283.

₂Ego Petrus, abba Sancte Marie Ville Bertrandi, cum clericis eiusdem loci donamus tibi Guilielmo Lobatoni ipsum alodium quod frater tuus Gerallus donauit iam dicte Sancte Marie ut teneas eum in uita tua et post mortem tuam reuertatur ad iam dictam Sanctam Mariam, et retinemus inde tenuitionem campum de Passadores ab ipsa aculea terminante ad solis exortum partem tuam¹ et fratris tui² iam dicti. Post mortem tuam³ sit ab integro iam dicte Sancte Marie omnis prefatus campus. Similiter alodium alium fratris tui iam dicti, quod donamus tibi in uita tua, sicut dictum est, reuertatur ad prescriptam Sanctam Mariam sine ulla diminutione uel occupatione. Pignora terrae et comparationes, quas dimisit frater tuus eidem Sancte Mariae, similiter teneas in uita tua, donesque inde tascam Sancte Marie. Si autem pignora fuerint redempta, habeant precium clerici Sancte Mariae.

Factum est hoc XIII kalendas aprelis, anno XLV⁴ regni Philippi regis.

Sig+num Petri Pelia. Sig+num Guilielmi Cerdani. Sig+num Guilielmi Petri. Sig+num Guilielmi Lobatoni. Sig+num Ysarni. Petrus, prebiter atque abbas predicte Sancte Marie, SSS.* Bernardus, presbiter.*

Guilielmus, leuita, qui hoc scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

¹ Corregit de *meam*.

² Corregit de *tui*.

³ Corregit de *meam*.

⁴ Seguint el seu costum el leuita Guillem escriu LXV amb valor de quaranta cinc.

1105, abril, 12

Guillem Guillem dona al seu germà Pere Guillem, [clergue], un mas que té al comtat de Besalú, a la parròquia de Santa Maria de Cistella, a l'indret anomenat Bac, juntament amb l'església de Sant Vicenç perquè ho tingui fins que ell no li pagui una lliura de plata si tornava d'un viatge; aquest mas, que el tenia llur germà Bernat a violari per Pere Rigall, prelat de Santa Maria de Vilabertran, el redemí del predit Bernat per un mul valorat en tres lliures de plata. En cas que no tornés, tot havia de quedar per a la predita canònica i per a l'esmentat Pere.

A: Original. Figueres, ACAE, Documentació esparxa d'àmbit religiós, ACAE110-109-T2-542

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 214v.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 284.

4In nomine Domini. Ego Guilielmus dimitto tibi fratre meo Petro, per hanc scripturam, mansum unum de tua hereditate, qui est in comitatu Bisildunense, in parroechia Sancte Marie Cistelle, in locum qui dicitur Bago, cum ecclesia Sancti Vincentii uel terris et omnibus affrontacionibus uel aiacenciis sibi pertinentibus, tali modo ut habeas et teneas supradicta omnia absque blandimento ullius hominis uel femine donec ego, si reuersus fuero, persoluam tibi unam libram plate. Quem mansum ego redemi de Bernardo Gilelmi, fratre meo, unum mulum ualentem tres libras plate, qui habebat eum per uiuolarium per Petrum, prelatum Sancte Marie Ville Bertrandi. Et si non rediero, solide et libere, hec omnia superius scripta remaneant predictae Sancte Marie et tibi ad proprium alodium sine ullo retentu. Quod si ego a<u>d ullus uiuens homo uel femina, qui contra hanc scripturam uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requirit, sed hec omnia superius scripta in duplo componat cum sua melioratione. Et insuper maledictionem omnipotentis Dei incurrat. Et hoc a modo et deinceps firmitatem obtineat.

Factum est hoc II idus apreli, ano XLV regni Philippi regis.

Sig+num Gillelmus, qui hanc scripturam fieri iusi, firmaui et firmare rogau.

Sig+num Arnalli Gilelmi. Sig+num Petri Ingilberti. Sig+num Bernardi Gilelmi
Spine Verse.

Guiliemus, leuita, qui hanc scripturam rogatus scripsi, subscripsi die et anno
quo supra.

1105, maig, 1

Guillem Seguer fa testament, en el qual disposa d'ésser sebollit en el cementiri de Santa Maria de Vilabertran, a la qual església llega el mas Vilars, del qual ja li havia fet donació en escriptura pública,¹ també el mas anomenat Quintana, que té al termes de la parròquia de Sant Pere de Montagut, i uns altres de la vila de Santa Llocaia. Dels béns mobles, en fa dues parts, una de les quals destina a Santa Maria de Vilabertran.

[A]: Original perdut.

B: Regest: MONSALVATGE I FOSSAS, Francesc. *Notícies històriques*. vol. 11, núm. 399, p. 372-373.

Testamento de Guillermo Segari, en el que, después de nombrar á sus marmesores y concederles facultad para cumplir su voluntad, deja su cuerpo al cementerio de Santa María de Vilabertrán, y su manso de Vilaribus, que ya antes había hecho donación á Santa María en escritura pública, y otro manso que poseía en la parroquia de San Pedro de Montagut, llamado Quintana, junto con otro manso situado en la villa de Santa Leocadia. Á Santa María de Montagut le lega el manso Cabirol, que había comprado a Gaufredo Mirón, y el manso que tenía de Pedro Gaufredo. Deja un manso a San Pedro y otro a Santa María de Besalú. Varios á su mujer Sicardis, y si vuelve á casarse, los pierda y gane 30 onzas de oro de Valencia; así como la mula, las ovejas, los bueyes, las yeguas, ropas y sarracenos (esclavos) que fueron de su hermano Guillermo; á su hijo Guillermo le deja la tercera parte de sus alodios; sus muebles restantes los divide en dos partes: una á Santa María de Vilabertrán y la otra á dos monasterios para sufragios por su alma. Declara sus deudas, á fin de que su limosnero no tenga elección, que son: 9 onzas á Guillermo Gerbal, que cada una vale un aureo y cinco *¿nuinncos?*² moneda de Besalú, y otras cargas, con fecha calendas de Mayo del año 45 del Rey de Francia Felipe I.

¹ Vegeu el doc. 164, del 25 d'abril de 1085.

² Segons Anna M. Balaguer, después de recordar la interpretació de Botet i Sisó per a qui «nuinncos» serien un error per «mancusos», ella ofereix tres altres possibilitats, una de les quals seria que «nuinncos» fos un error per «nummos»: «es a dir, peces de moneda d'or de Besalú» (BALAGUER, Anna M. *Història de la moneda dels comtats catalans*, p. 176).

1105, maig, 21

Pere Ramon, abans d'emprendre un viatge al Sant Sepulcre, fa testament, en el qual nomena marmessors el bisbe de Girona, Bernat, Pere, cabiscol, Pere Rigall, abat de Vilabertran, i Berenguer Ruf; i, entre d'altres béns, llega a Santa Maria de Vilabertran el dret d'hostatge en unes cases situades dins la muralla de Girona, deixades a Berenguer Ruf a violari, i després, a Bernat Bernat, qui, en morir, les haurà de cedir a algun clergue dels que estan al servei de Santa Maria de Girona; també dona a Santa Maria de Vilabertran dues egües que té a mitges amb Ponç Uldric.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 5569, perg. 47.

B: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 285.

a: MALLORQUÍ, Elvis, *El Monestir de Sant Miquel de Cruïlles*, doc. 21.

5In Christi nomine. Ego Petrus Raimundi, cupiens ire in seruicium Dei et eius Sancti Sepulcri, facio meum testamentum, per quod instituo elemosinarios uel manumissores Bernardum, Ierundensem episcopum,¹ et Petrum, caputescole, atque Petrum, Ville Bertrandi abbatem, siue Berengarium Ruffum, qui distribuunt res meas, mobiles et immobiles, sicut hic inuenerint scriptum. In primis dimitto canonice Sancte Marie Ierunde alodium quod habeo in parrochia Sancti Martini Chacani, ad ipsas Perlas, quod mihi accidit per hereditatem materna, tali² tenore ut Berengario Ruffo teneat in uita sua, post mortem eius reuertatur ad ipsa canonica. Et ipsas domos, quod habeo infra muros Ierunde, dimitto Berengario³ Ruffo diebus uite sue cum ipso ferragenal, post mortem eius remaneant Bernardo Bernardi, si uiuus fuerit; si autem ipse mortuus fuerit, eligat iam dictus Berengarius unum clericum qui habeat eas ad seruicium Sancte Marie. Et clerici Sancte Marie Ville Bertrandi semper ospitentur ibi sine blandimento ullius hominis. Et ipsas duas equas, quas habeo cum Poncio Uldrici per medium, ipsi Sancte Marie Ville Bertrandi. Sepulcro Ierunde V solidos plate. Sancto Felice solidos III plate. Sancto Felice Gixelensis⁴ ipsum alodium de Torris et quarta I de froment et II d'ordi. Et a Sancto Petro cenobi Gallicanti solidos X de plata. Et a Sancti Martini II solidos plate. Et ad episcopum

¹ La síl·laba *sem* de *Gerendensem* i el començament de la paraula següent *episc* escrit després d'una correcció.

² Davant de *Tali* hi ha una *D* expuntuada.

³ La *be* porta un signe d'abreviatura sobrer.

⁴ L'escrivà per diplografia va repetir la síl·laba *si* i va escriure *Gixelensisis*.

ipsa mea archa, que estat ad ipsa Turra. Et ad Arnallum, archidiaconum, medietatem⁵ de ipsa equa, que habeo Bernardo Guilielmi. Et ad Raimundum Mironem, sacrista, I archa, que habeo ad ipsa Buada. Et ad Berengarium Guilielmi superpellicium meliorem. Sancto Michaeli Crudilias ipsa mea pulina de unno anno. Et ipsas meas uineas, que abeo in Quarciane, dimitto Berengario Raimundo; post mortem eius remaneat ad I clericum Sancti Iuliani presbitero. Et ipsas domos, quas abeo in sacraria Sancti Iuliani, dimitto Amatem, nutritum meum. Et de meo mobile exeant ipsas levas suprascriptas. Et a Dacoberto, presbitero, dimitto mea domo, que abeo ad ipsa Triia; post obitum suum eligat unum clericum ad seruicium Sancte Marie Ierunde. Et ipsas meas uineas de Kannauel dimitto ad Amad. Et ad Guilielmum Arnalli mea almucellia.⁶ Et ipsa mea conca cum orceol ab Sanctum Iulianum⁷ Quarcani.⁸ Et ipsa mea omnia que remanet pro anima mea.

Actum est hoc testamentum XII kalendas iuni, anno XLV regnante rege Philippo.

Sig+num Petri Raimundi, qui hoc testamentum fieri iussi, firmaui et firmare rogau.

Sig+num Martini Adroarii. Sig+num Bernardi Guilielmi Spine Verse. Sig+num Berengarii Ruffi. Sig+num Petri Gocberti de Auinioni. Sig+num Geralli Bertrandi. SSS Petri, abbatis Sancte Marie.*

Guilielmus, presbiter, qui hoc testamentum scripsi, subscripsi die et anno quo supra.

⁵ Després de *medietatem* torna a repetir *medietatem*, però està cancel·lada.

⁶ L'escrivà va escriure primer *almocellia* i després va afegir una *u* damunt la *o*.

⁷ A continuació hi ha una paraula d'unes cinc lletres esborrada.

⁸ Des de *ipsa mea conca* fins a *Quarcani* afegit sobre la línia. La q té un signe d'abreviatura sobrer i no esmenat.

1105, setembre, 9

Pere Guillem, abans d'emprendre un viatge a Sant Jaume [de Galícia], fa testament, en el qual nomena marmessors Pere Guillem, prepòsit de Santa Maria de Vilabertran, i Jofre i Oliba, capellans de Sant Llorenç; i, entre d'altres béns, llega a Santa Maria de Vilabertran una somera, les seves eines de ferro, i quatre sesters d'ordi i quatre de vi; també li deixa, per a un convit, un sester de forment, un porc, un moltó i dos sesters del millor vi. Si en la seva absència, moria la seva esposa Beatriu, disposa que sigui sebollida al cementiri de la predita església, i, finalment, deixa família i béns en batllia, poder i guarda de Déu, de Santa Maria de Vilabertran, de l'abat i del prepòsit.

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9540, perg. 181.

B: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 292.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 287.

₃In nomine Domini. Ego Petrus Guillelmi uolo pergere [...] in locum [...]ertis ordino meum testamentum et preco helemosinarios meos, scilicet, Petrum Guillelmi, prepositum [...] Guimerico et Olibane, chapellanos Sancti Laurentii, ut post obitum meum isti potestatem habeant distribuendi omnia, immobilia et mobilia mea, sicut hic inuenerint scriptum. In primis dimitto Domino Deo et Sancte Marie Ville Bertrandi asina I, ipsa mea ferramenta et sestarios IIII ordeï et quattuor uini. Et ad receptum clericorum Sancte Marie iam prenominate sestarium I furmenti et porch I et multuno I et sestarios II de uino meliore. Et Sancto Laurentio Spine Verse dimitto solido I plate et suis clericis sestarios IIII ordeï et IIII^{or} et ad receptum illorum eminam frumenti et porch I et multuno I et sestarios multuno II uini. Et filie meae, Ledgardi, dimitto bouum meum laurem et pulina I et oues X et capras II. Dum ego eo in hoc iam dicto itinere, si obierit uxor mea Beatricis cum omni suo auere ueniat ad sepeliendum ad iam dictam parrochiam Sanctae Mariae. Iam dicte uxori mee, filiis et filiabus nostris dimitto omnem meum honorem et omnes meas tenuitionis et omnes meas plantas in uineis, in molendinis, in arboribus et in omnibus rebus uel edificiis meis integriter. Iam dicta uxor mea teneat et possideat predicta omnia ut bene gubernet et nutriat predictos nostros infantes ut melius possit. Et, si acceperit uirum, remaneant predicta omnia iam dictis filiis et filiabus nostris solide et libere. Et haec omnia supra scripta remaneant in baiolia et potestate et in guarda Domino Deo (*sic*) et predictae Sanctae

Mariae et domino abbate atque iam dicto preposito senioribusque eiusdem loci. Et hoc testamentum firmitatem obtineat.

Facto hoc testamento v idus setembris, anno XLVI regni Philippi regis.

Sig+num Petri Gilielmi, qui hoc testamentum fieri iussi et firmaui et testes firmare rogauit.

Sig+num Petri Poncii. Sig+num Raimundi Mironi. Sig+num Petri Iohannis.

Berengarius, presbiter, qui hoc testamentum scripsi et subscripsi die et anno quo supra.

1105

Per ordre del jutge Joan Salomó, en presència del sacerdot Arnall Miró, i de Pere Isarn i Bernat Guillem, canonges de Santa Maria de Besalú, i dels laics Bernat Arnall de Soler i Berenguer Pere, sota jurament damunt l'altar de Sant Julià de l'església de Sant Vicenç, del burg de Besalú, Pere Ponç i Ramon Bisall, testimonis portats per Guillem Ademar, presten testimoniatge de la darrera voluntat d'Ademar Francó.¹

A: Original. Barcelona, BC, reg. 9759, perg. 436.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49.

C: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 288.

Haec sacramentalis condicio fid ordinante Iohanni Salomonis, iudice, in presencia Arnalli Mironis, sacerdotis, et Petri Ysarni et Bernardi Guilielmi, canonicorum Sancte Marie Bisunduni, et laicorum Bernardi Arnalli de Solario et Berengarii Petri² et aliorum bonorum hominum qui ibi aderant. Testificantur testes, scilicet, Petrus Poncii et Raimundus Bisulli, quos profert Guilielmus Azemari³ ad comprobendam extremam uoluntatem condam Azemari Franci. Nos prelibati testes unum dantes testimonium testificamur in Deum et iuramus super altare Sancti Iuliani, quod est situm in ecclesia Sancti Vincencii, in burgio Bisunduni, quia nos uidimus et audiuius et presentes ibi eramus eadem hora⁴ quando condam Azemarus Franci iacens in domo sua, que est prope aeclesia Sancte Cecilie de Terrades,⁵ detentus ab egritudine, qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria ac loquela integra, ordinauit suam extremam uoluntatem et dispositionem omnium suarum rerum per suum firmum testamentum, per quod constituit ut essent sui helemosinariii uel manumissores, scilicet, Arnallus Geraldus et Guilielmus, frater eius, et Poncius Gondemari, quibus iniunxit ut distribuerent omnia sua que habebat iuxta ordinationem prephati testamenti, sicut hic scriptum est. Primum iussit corpus suum sepeliri in cimeterio Sancte Marie Ville Bertrandi et dimisit eidem Sancte Marie alozium (*sic*) suum, quod ipse emit cum Ricardo, fratre suo, de condam homine Gogino in parroechia Sancti Martini de Petralata, in loco qui uocatur Pratum, uidelicet, medietatem suam et

¹ Vegeu el doc. 366 i la present nota 10.

² Els noms dels laics són afegits en un segon moment.

³ Els noms dels testimonis són afegits també en un segon moment.

⁴ La hac afegida sobre la línia.

⁵ Des de *que* fins a *Terrades* afegit en un segon moment.

medietatem ferragenalis, quod Petrus Gauzceberti tenebat per illum, et suam quartam partem de ipso campo qui uocatur Balagarium et medietatem de ipsa uinea, quam Sesmundus plantauit, et campum unum, quem tenet Olibanus Bernardi et frater eius Bernardus, ultra flumen Sambuce, et filia sua Stephania teneat predicta omnia omnibus diebus uite sue per manum abbatis predicte Sancte Marie et per singulos annos donet recognitionem parilium I gallinarum clericis Sancte Marie. Filie sue Gille auctorizauit illi ipsum mansum, qui uocatur de Gerundella, cum omnibus pertinentibus sibi qui est in parrochia Sancti Martini de Villa Erigi. Iterum dimisit illi cum sorore sua Elliardi aequaliter ipsud alozium, quod ipse habebat in parrochia Sancte Ceciliae, uidelicet, in loco qui uocatur Sancti Laurentii de Terrades et in circuito terminorum eius. Sancte Marie de Arulis dimisit ipsud suum alozium, scilicet, terras et uineas cultas et heremas in parrochia Sancte Cecilie, quas ipse emit de quibusdam hominibus, uidelicet, Iohanne Aureoli et de Arnallo, fratre suo, et de Rodballo Olibani et de fratre suo Giscafredo et de Seniofredo Chintalani, et Guilielmus, filius suus, teneat predictas comparationes omnibus diebus uite sue per manum abbatis predicte Sancte Marie de Arulis, cui donet recognitionem per singulos annos libram I de cerae. Post cuius obitum deueniant predictae comparationes in dominium et potestatem predicte Sancte Marie et abbatis et monachorum eiusdem ecclesiae. Filio suo Guielmo dimisit omnia sua⁶ alia alozia et feuos et tenores et baiulias. Et, si mortuus fuerit sine legitimo infante, remaneant omnes predicti feui Raimundo Renardi, si uenerit. Et post obitum iam dicti filii sui, si uiuus fuerit, habeat cum filiabus⁷ Azemari predicti aut cum filiis earum. Omnia uero sua⁸ mobiliam precepit diuidere in duabus partibus per medium, una medietas dimisit filio suo Guielmo, alia medietas retinuit sibi et precepit diuidere illam per medium et dare, unam medietatem, Sancte Marie predicte, alteram medietatem Sancte Cecilie, quae precepit diuidere in tribus partibus ut una pars habeatur in opere Sancte Cecilie, altera dimisit capellano eiusdem ecclesiae, tertia clericis predicte ecclesie. Sed prius quam predicti sui helemosinari diuiderent prephata mobilia precepit illis preuidere de duobus conuiuuiis: unum quod donent predicte Sancte Marie, alterum clericis Sancte Cecilie.⁹

⁶ Les lletres a de *omnia* i de *sua* estan escrites sobre correcció.

⁷ A continuació hi ha la paraula *suis* expuntuada.

⁸ *sua* escrita sobre la línia.

⁹ Les síl·labes *Cecili* escrites sobre correcció.

Fuit factum iam dictum testamentum VIII kalendas iuni, anno XLIII¹⁰ regni Philippi regis.

Postquam autem hec omnia superius nominata ordinavit et laudavit, uixit unum diem. Sic inmutata hac uoluntate discessit ab hoc seculo VI idus aprilis.¹¹ Itaque nos prephati manumissores confirmamus prescriptum sacramentum in Domino quemque isti testificati sunt et iurauerunt uera sunt et nulla fraus in hoc sacramento ipsa (*sic*) est, sed legaliter infra spacium VI mensium post obitum pretitulari Azemarius Franci est editum.

Late conditiones¹² anno XLVI regni Philippi regis.

Sig+num Petri Poncii, sig+num Raimundi Bisalli, qui supradictum testimonium dedimus et iurando firmauimus.

Sig+num Arnalli Mironis, clerici; sig+num Petri Isarni, cannonici; sig+num Bernardi Guilielmi, clerici; sig+num Bernardi Arnalli; sig+num Berengarii Petri; sig+num Petri Raimundi, nos qui uidimus et audiuimus quando supra dicti testes hoc sacramentum iurauerunt. Sig+num Gilaberti Gilaberti. Iohannes Salomonis, sacerdos et iudex, qui has condiciones corroboraui.* Sig+num Bernardi Poncii.

Raimundos, sacerdos, qui has condiciones scripsi die subscripsi et anno quo supra cum litteris rasis et supra scriptis in XII linea et in XXIII.

¹⁰ L'any està escrit sobre la línia, perquè prèviament s'ha cancel·lat la xifra XLIII. El testament, que correspon al doc. 368, duu l'any XLIII, no el XLIIII. Per tant, entre el testament i la seva adveració jurada van passar més dels sis mesos establerts per la llei. Amb el canvi de data hom volgué "esmenar" aquest escull legal? És probable. Fixem-nos, a més, que el testament sacramental no indica el més, només l'any.

¹¹ És evident que, si dictà testament un 25 de maig i morí l'endemà, aquest dia no pot coincidir amb el 8 d'abril que consta en la data.

¹² A continuació, hi ha un espai en blanc corresponent a unes catorze lletres.

1106, gener, 26

Testament sacramental de Guillem Seguer de Palol jurat sobre l'altar de Sant Julià de l'església de Sant Vicenç de Besalú, en presència de Rotger, prior de Santa Maria de Besalú i del sacerdot Bonfill.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 49-49v.

C: Regest: *Sacrae antiquitatis Cataloniae Monumenta*, vol. 3, fol. 294v.

D: Regest: MARQUÈS, Josep M. *Escriptures*, doc. 289.¹

B

Testamentum sacramentale Guilelmi Sagarii, quo legavit dicte ecclesie mansum de Villaribus et alium mansum situm in parrochia Sancti Mathei de Vilademiras et mansum in parrochia Sancti Petris Montis Acuti, qui dicitur Quintana, cum omnibus suis pertinentiis et molendino.

7 chalendas februarii, anno 46 Philippi regis.

n. 209

C

7 kalendas februarii, anno 46 regni Philipi regis. *Se publica el testament de Guillem Segarii de Palaceolo super altare Sancti Juliani quod est situm in ecclesia Sancti Vincentii in burgo Bisunduni, in praesentia Rodgarii, prioris Sanctae Marie Bisunduni et Bonifilii, sacerdotis, etc. Dit testador dexta sa sepultura en lo cementiri de Vilabertran, a la qual iglesia dexta un mas y moltas terras.*

Firma entre altres, Rodgarii, prioris.

¹ Vegeu testament reproduït en el doc. 380 de l'1 de maig de 1105 d'aquest diplomatari.

1106, febrer, 9

Ramon Guadamir, clergue i coraula segon de Sant Feliu de Girona, ven a Arnall Joan, clergue i canonge de la predita església, la casa que tenia dins els murs de la ciutat de Girona, al costat de la part que anomenen de Rufí, que li havia pervingut per deixa del seu oncle matern Deusdè.

[A]: Original perdut.

B: Regest: Barcelona, ACA, Diversos, 10, vol. 2, *Llibre de la visita de Agullana*, fol. 71.

In sacco inscripto "Casa de Gerona"

Venditio facta per Raymundum Guadamiri, Sancti Felicis Gerundensis clericum et coraulam secundum, Arnallo Joanni, clerico, eiusdem ecclesie canonico, de domibus quas habebat intra muros civitatis Gerunde, iuxta partem que vocatur de Rufin, que sibi pertinebant per laxationem avunculi sui Deusdedit.

5 idus februarii, anno 46 Philippi regis.

n. 3

1106, febrer, 20

